Capittulum. ix. de anima sensibili.

De anima aūt sensibili quantū ad potentiaꝝ suaꝝ differentias
aliqua pauca breuiter sunt dicenda. Nā virtus sensibilis in sub
tilissimis cerebri ventriculis sedem habet. ab ipo aūt cerebro
per neruos et arterias per singulas partes animalis se diffū/
dens motū ⁊ sensum voluntariū in singulis membris operatur. Duplicē
itaq̄z habet anima sensibilis ptātem. scz apprehensiuaz et motiuā. Appre
hensiua vero diuiditur in sensuz cõmunē siue interiorez et in sensū particu
larem siue exteriorem. sensus vero exterior continet visum auditum gustū
odoratum et tactum. et iste sensus in suis organis producitur taliter ad
effectum. Quidam neruus qui ab anathomia dicitur obticus descendit
a cerebro ad oculos seu ad oculoꝝ pupillas et ramificatur in duas par/
tes. et alius quidem ad aures. tertius ad nares. quartus ad linguam et
palatum. q̄ntus ramificatur ad organa tactus per totum corpus. Per
istos itaq̄z neruos spiritus sensibilis vbiq̄z diffunditur per corpus et ei⁹
virtute totum sensibile et mobile redditur ex cuius spiritus diffusione p
neruos arterias ⁊ musculos tota corporis compago ad motuz habilis
inuenitur.

Capittulū. x. de sensu cõmuni siue interiori.

Sensus vero cõmunis siue interior diuiditur in tres partes ꝺm
tres cerebri regiones. Nam in cerebro sunt tres cellule. scilicet
anterior in qua virtus imaginatiua operatur. que quidem ea
que sensus extrinsecus apprehendit interius ordinat et compo
nit vt dicit Johānici⁹. Est et media cellula scz logica in qua rō sensibilis
vel estima/

vel estimatiua virtus dominat. Est iterum et tertia et postrema que est memoratiua que ea que apprehensa sunt per ymaginationem siue rationem in thesauro memorie retinet et custodit

Capitulum .xi. de virtute sensitiua:

Sensus itaque siue sensitiua virtus que ab anima sensibili procedit est potentia qua anima de coloribus saporibus et aliis sensuum obiectis iudicat et discernit. ymaginatiua vero est virtus qua formas prius a particularibus receptas quamuis absentes apprehendimus vt patet quando montes aureos cogitamus. vel quando propter similitudinem aliorum montium de monte parnaso somniamus. His autem estimatiua siue ratio sensibilis est secundum quam in precauendis malis nobis proinde delectabilibus consequendis prudentes sunt homines et sagaces et hec estimatiua nobis communis est et brutis vt patet in canibus et etiam lupis ratione tamen proprie loquendo non vtunt. sed quadam forti et solerti estimatione. sed de hoc alias. memoratiua vero est vis conseruatiua siue recordatiua per quam species rerum ne in obliuionem veniant reponimus et reseruamus. Unde dicit quidam. memoria est archa siue cistula rationis.

Capitulum .xii. de virtute sensibili motiua.

Uirtus autem sensibilis motiua diuiditur in naturalem vitalem et animalem. Uirtus autem naturalis est motiua humorum in corpore animalis per venas. et habet sedem suam principaliter in epate. eo quod ibi principaliter operetur. Uirtus quoque vitalis habet motum suum per arterias in quibus mouent spiritus a corde procedentes. nam hec virtus sedem suam habet in corde vnde oriunt arterie sicut ex epate vene nascunt. tanti enim caloris est cor quod nisi frigido aere attracto eius calor mitigaretur itaque in semetipso suffocaret. Propter quod per arterias et pulmonem necesse est aerem attrahere et eius incendium mitigare. Uirtus autem animalis motiua que principaliter sedem habet in ventriculis cerebri a quo oriuntur omnes nerui mediante nucha id est medulla spinali que est in spondilibus dorsi mouet omnia membra. primo enim mouet neruos et musculos et lacertos. qui moti mouent et alia membra motu voluntario in omnem partem. secundum vero quod mouet manus dicitur virtus operatiua. secundum vero quod se extendit ad pedes et mouet ad ambulandum dicitur virtus progressiua eo quod secundum eam mouentur animalia motu progressiuo. Recollige igitur breuiter anime sensibilis proprietates huic tractatui congruentes. Est igitur anima sensibilis quedam spiritualis substancia vegetabili nobilior et dignior. rationabili vero longe indignior et ignobilior.

Nam

Nam eius esse et operatio dependet a materia siue subiecto cui⁹ est perfectiua vnde pereunte corpore perit eius essentia et operatio nec permanet a corpore separata. quādiu tamen est in corpore nobiles habet operationes. Est eñ corpoꝝ animaliū sensificatiua et in ip̄is sensuū interioꝝ et exterioꝝ ẜm organoꝝ exigentiam ꝺpletiua. Item omniū membroꝝ scd̄m omnē partem est motiua. Item per singulas partes corporis est sue virtutis distributiua vel diffusiua. Item ẜm maiorem nobilitatem organorum et membroꝝ est nobilium actionū productiua. Item somni et vigilie in animalib⁹ est effectiua. Item virtute eius ad interiora reuocata in interioribus corporis fortius est actiua. Item diffusa per exteriores sensus ⁊ circa diuersa occupata debilius in singulis operatur. quando eñ actualiter intenditur in visu debilitaẗ et remittiẗ in auditu et sic de aliȷs. Unde dicitur. Singulis intentus minor est ad singula sensus. Item in extremis et nimis excellentibus eius virtus obtunditur. sed in mediȷs delectatur. Item eius virtus et operatio impeditur quando ꝓpter opilationē meatuū et poroꝝ in membris spiritui sensibili via seu transitus denegaẗ vt in paraliticis epilenticis et aliȷs patet. Item ex nimio calore dissoluente et poros dilatante virtus eius dissoluitur sicut ex nimia frigiditate cōstringente ne se diffundat coartatur. Item ex odoriferis virtus animalis deperdita restauraẗ sicut ex fetidis corrumpiẗ et grauatur Sed hec de virtute sensibili iam sufficiant.

Capitulū. xiiȷ. De anima rationali.

Anima vero rationalis siue vis intellectiua idem est quod intellectus. Unde diuiditur ẜm duos p̄ncipales actus id est intellectum speculatiuū et intellectum practicum. Intellectus eñ speculatiuus exercetur in contemplatione. intellectus vero practicus in operatione. et ẜm hanc radicem diuiditur vita actiua et ꝺtemplatiua. Anima igitur rationalis perpetua est ⁊ incorruptibilis ac immortalis ꝓpter qd̄ et p̄ncipalis eius act⁹ scʒ intelligē nullaten⁹ dependet a corpore et ideo perfecte viuit et intelligit a corpore separata immo quanto plus se corpori immerserit tanto tardius et imperfectius intelligit et quāto se magis a carnalibus nexibus subtraxerit tanto facilius ⁊ clarius apprehendit. Uoco autem hec immersionem vel per fantasticam ymaginationem. vel per delectationem carnis siue temporalium dilectioneʒ. vnde dicit Gregori⁹ Homo sicut in medio creatus est vt esset inferior angelo superiorqꝫ iumento. ita habet aliquid quod necesse est conuenire cū summo et aliquid cum infimo. Immortalitatem quidem habet spirit⁹ cū angelo. mortalitatē corp̄is cū iumēto. Anima igiẗ si ad deū ꝑ rōeʒ ꝺuertiẗ

illuminaẗ

illuminatur melioratur et perficitur. Si vero per affectiones ad creaturas cõuertitur obscuratur corrumpitur et deterioratur. quãuis enim anima in se considerata immortalis sit et perpetua. passibilis est tamen ex colligatione corporis cui est coniuncta. vnde Aug⁹. in libro de anima et spiritu. anime in corporibus viuentes per dilectionẽ rerum sensibiliũ corporalibus ymaginibus afficiũtur. a corporibus exeuntes in eisdem ymaginibus tormenta paciũtur. Propterea enim corporalib⁹ passionibus ibidem detineri possũt quia hic mundate a corruptione corporum non fuerunt. Ex quo patet quod anima quãuis in sui natura sit purissima. impuritatem contrahit a carne cum originaliter est corrupta sicut vinũ vel alius quicunque liquor ex vase corrupto contrahit infectionẽ. et ideo exuta a corpore quandoque ex colligatione corporis secũ sordes defert. et ideo necesse est vt purgentur sicut gemma de luto nouiter emundata. Hec aũt omnia de dictis Aug⁹. sunt excepta. Recollige igitur ex predictis quod anima rationalis inter omnes creaturas diuine ymaginis et similitudinis est expressius representatiua. et hoc quia trina est in potentia. quamuis vnica et simplex sit in natura. Item omniũ rerum similitudinẽ est in se contentiua. Et ideo anima dicitur omniũ rerum similitudo vt dicit Aug⁹. Item semel creata in corpore vel extra corpus est in esse perpetuo permansiua. Nam vt dicit Cassiod. nunquam ad diuinã ymaginẽ diceretur creata si mortis termino clauderetur. Item endelichia est corporis organici phisici et ideo ipsius corporis in parte et in toto est perfectiua. Item ex natura sibi indita est naturaliter boni et mali veri et falsi diiudicatiua et libere electiua. Item secundum diuersas potentias formarum et specierum diuersarum rerum presentium et absentiũ est apprehensiua. Nam res materiales per suas naturales formas presentes vel absentes discernit. res vero immateriales per sui presentiam comprehendit vt ait Aug⁹. Item per reflexionem sui ipsius supra se. sui ipsius est cognitiua vt dicit phs. Nam videndo et intelligendo cognoscit se etc. Item illuminationũ et impressionũ diuersarum ad modum tabule est naturaliter receptiua Item cum naturaliter incorporari et corpori vniri appetat. vnionis cum corpore est naturaliter affectiua. Item naturaliter est appetitiua boni et malicie fugitiua. quamuis enim ex defectu liberi arbitrii quandoque malũ eligat. tamen ex natura malo remurmurat vt dicit Augustin⁹ Unde anima vegetabilis appetit esse. sensibilis appetit bene esse. rationalis autem affectat optimum esse. Et ideo nunquam quiescit nisi cum optimo coniungatur. Locus enim anime rationalis est deus ad quẽ mouetur vt in eo quiescat non per distensionem sed potius per desiderium et amorem. Hec itaque anime proprietates cum aliis supra positis iam sufficiant

sequitur c. xiiii

Caplm̄. xiiij. De v̄tutib⁹ aīe quib⁹ potens est suas operationes exercere.

POstq̃ʒ diximus de ꝓprietatib⁹ anime in se et in suo corpore con siderate. restat videre de ipsius virtutibus quib⁹ potens est su/as operationes in corpore exercere. Hec aūt virtus est poten/cia anime ei essentialiter attributa ad suas pagendas in cor/pore actiones. Nam mediante hac virtute corpus viuificat cor et arteri as ɔstringit ɔtinue et dilatat. sensum et motuʒ voluntariū om̄i animato corpi administrat vt dicit Constātl. li. xiij. Hec itaqʒ est triplex. naturalis que est in epate. vitalis siue spūalis que in corde. animalis que in cerebro sedem habet. Actio igit̄ virtutis naturalis in aialib⁹ et in plantis omūis est que generat nutrit et augmentat vt idē dicit Constl. Est autē genera/tio ꝓut hic sumit̄ substancie humoris vel rationis seminalis in substāciā plante vel aialis opatione nature facta mutatio. et hec virt⁹ incipit opa ri a tp̄e generatiōis vsqʒ ad pfectionē plante vel aialis. Huic aūt genēa tioni naturali due virtutes. scʒ immutatiua et informatiua subministrant Nā virt⁹ immutatiua est illa q̃ substātiaʒ seminis transmutat et ɔuertit in substantiā singulaꝝ ꝑtiū plāte vel aialis. et hec virt⁹ istā facit transmu tationē mediātib⁹ quatuor qualitatib⁹ p̄mis. scʒ calido frigido hūido ꝛ sicco. nā ꝑ calidū ꝛ humidū opat̄ substantiā molliorē vt carnē in aialib⁹ flores et medullā in arborib⁹. ꝑ calidū et siccū opat̄ radices in vegetabi lib⁹ cor in animantib⁹. ꝑ frigidū et humidū opat̄ vt in plantaꝝ folijs et animaliū pilis. ꝑ frigidū et siccū opat̄ vt ꝑtʒ in neruis et ossib⁹ animaliū in truncis et corticib⁹ arboꝝ et plantaꝝ. virtus vero secundaria scʒ infor matiua. actioni nature in generationib⁹ est necessaria. qꝛ ordinat ꝛ distin guit formā et speciem ipi generato per partes singulas ɔgruentes. Naʒ hec virt⁹ ꝑforanda pforat. vacua ɔcauat. aspera lenificat. et nimis lenia asperat. et vnicuiqʒ particule supficiē pficit et figurat. He aūt due virtu/tes scʒ immutatiua et informatiua nō diuti⁹ opant̄ nisi quousqʒ ipa res generata vt animal vel planta in esse nature ɔpleat̄. Et ideo necesse fuit vt virt⁹ nutritiua ad ɔseruationē generatiōis ɔtinue sequeret̄. est eīn ipi⁹ generatiue virtutis adiutrix et ministra. qꝛ in longitudine latitudine ꝛ ꝓ funditate augmentat et extendit ip̄m generatū. Pascitiua quoqʒ virtus nutritiuā adiuuat et ei ministrat quia cibū ab aialib⁹ assumptū in mem/bris assimilat et solidat et quod dissolutum est ac deperditum vi caloris vel aliq̃ passiōe aeris reparat et restaurat. et ideo nat̄a mirabilis pasciti uā v̄tutē nutritiue fec̄ adiutricē et vtrūqʒ sbiecit ministerio v̄tutis genēatie

Huic

Huic ergo pascitiue virtuti. quatuor virtutes particulares subministrāt scʒ appetitiua que nutrimentū ōueniens attrahit ipis membris et ad nutrimentū carnis attrahit tempamentū sanguinis. ad nutrimentū cerebri et pulmonis tempamentū fleugmatis.et sic de aliis. Item ei coopat virtus digestiua que ōuenientia ab incōuenientib' nutriendo separat et diuidit pur ab impuro. Item virtus retentiua que scʒ pur nutrimentū custodit. et quod iā actione nature excoctum est singulis membris incorporat assimilat atqʒ vnit. Iteʒ expulsiua que superflua a membris tracta eis nullaten' assimilando a necessario expellit. Et ideo sicut vis appetitiua operat cum calido et sicco et digestiua cum calido et humido et retentiua cū frigido et sicco.sic expulsiua cū frigido et humido opat.

Caplm̄.xv. De virtute vitali cui' iniciū est cor:

Virtutem aūt naturalem sequit virtus vitalis que viuificat cuius fundamentū siue pprīū domiciliū est cor a quo pcedit vita ad omnia membra viuificanda. Istius virtutis operationi cooperat vis voluntarie motiua qua cor et arterie dilatant et ostringunt. Et dicit hec dilatatio motus cordis a medio in omēs extremitates. Sic ecōuerso ostrictio dicit motus ab extremitatib' ad ipm mediū sicut est in fabrorum follibus videre. Virtus ergo vitalis cor dilatando mediante pulmone ad cor aerem attrahit et a corde ad alia membra p arterias transmittit. Et ista virtus p virtutē dilatatiuaʒ cordis et constrictiuam. anhelitum in animali operatur qui mouet pectus motu continuo. neruis tamen motis primit' et lacertis. Iste aūt flatus siue anhelit' necessarius est ad caloris naturalis mitigationem et ad spiritus vitalis nutrimentū necnon ad spiritus animalis generationem. Custodia enim caloris naturalis est frigidi aeris temperatus attractus et custodia vitalis ex cuius temperemento generatur spiritus animalis. et ideo ad vite conseruationem nihil est magis necessarium qʒ anhelitus bene disposit' in omnibus ordinatus. Hec omnia habentur Constantī. in pantegni. Sine cibo em̄ et potu ad horam potest consistere animal sine attractione vero aeris nec ad momentū potest animal in debita consistentia permanere. Corrumpitur tamen hic anhelitus siue aer attractus multis modis ⁊ sequitur necessario destructio animalis. Primo ex cerebri mala dispositione. nā cerebro quocūqʒ modo in suo officio impedito pter defectū influentie spirituū. deficit cordis dilatatio ⁊ debita ostrictio. vn̄ sequit necessario aialis suffocatio vt ptʒ in apoplexia et in aliis causis osilib'. Itē idē accidit ex cordis lesiōe qn̄ hūorum ibi nat̄alit exn̄tiuʒ fit euacua° et p ośs

spirituū

spirituū exinanicio sic aeris attractio non habet locum. Item idem acci
dit ex subita caloris naturalis ad interiora cordis repcussione vt patet
in timorosis et fleobothomis qui aliquādo deficiūt et sincopizant. Itez
idem accidit ex epatis infectione. nam corruptio epatis generationē au/
fert puri sanguinis quo calor naturalis nutritur quo ablato spūs vitalis
deficit et p cōsequens anhelitus particulariter vel vniuersaliter impedit.
Itē idem accidit ex pulmonis pforatione vt ptz in ptisicis in quib' ven/
tus astrictus p occultos poros euanescit et ad tempandū calorem cor/
dis nullaten' satisfacit. Item idem accidit in omī et maxime interiori va/
cuitate corpis subita repulsione vt patet in submersis in quib' poris opi
latis anhelitus intercluditur et simpliciter impedit. Item ex nimia aeris
corruptione vt patet in pestilentia et corrupto aere quādo spūs vitalis
suū contrarium fugiens interioribus cordis se intercludit et ex corrupto
aere iaz oppressus cor et alia corporis membra regere non sufficit. immo
deficit in se et quasi subito euanescit. et tunc mors. Item ex humoꝝ tho/
racis et pectoris infectiua corruptione vt patet in leprosis. Item ex via/
rum canalium pulmonis obstructione vt patet in spasmaticis anhelosis
et alijs. Item ex speciali cordis corruptione sicut ex morsu alicuius vene/
nosi reptilis cuius venenū ad cor penetrans naturalem calorem vincit. ⁊
sic anhelitus via intercluditur. Itez nimia calidi aeris rarefactione sicut
ꝯtingit ex balneo nimis calido vel sole feruentissimo poros nimis rarefa
ciente et aperiente. vnde fit nimia caloris naturalis exalatio ⁊ sic non suf
ficit aer frigidus attractus ad caloris accidentalis mitigationem et sic
anhelitus impeditur. Item idem accidit ex aere nimis frigido lacertos
et neruos pectoris constringente. vnde ⁊ vis attractiua aeris impeditur
vt patet in dormientibus super niuem Item idem quandoqz contingit
ex vene cordis que dicitur concaua vena opilatione qua opilata et inc/
clusa denegatur transitus siue via sanguinis ab epate ad cor ad vitalis
spiritus nutrimentū. vnde calore intenso et humore subtracto animal suf/
focatur quia non sufficit aer ad cor refrigerādum. Item idem accidit ex
colere siue alterius humoris in subtilissimis venis cordis intēsione vt pa
tet in acutis febribus in quib' deficit anhelitus. Item ex gutturis et alio
rum meatuum exterioꝝ nimio et violenta constrictione vt est videre in
suspensis et suffocatis in quibus intercepto anhelitu cor subito intendit
et sic animal subito moritur. His et multis alijs modis vitalis virtus p
defectum anhelitus impeditur. Ex virtute spirituali procedūt. ira pugna
indignatio emulatio. et consimiles passiones que quidem surgunt in bru
tis ex motu spiritualis virtutis cum impetu et sine discretione. sed in ho/
minibus ordinande sunt et regende sub certa animi ratione. Hec de spiri
tuali siue vitali virtute sufficiant.

¶ c. xvi.

Capitulum decimumsextū. de virtute animali.

Virtus animalis sedem et locum habet in superiori parte hois scʒ in cerebro . et hec est triplex scʒ ordinatiua sensitiua et motiua. Ordinatiua per se solum explet cerebꝝ. nam in prima parte sui in anteriori cellula ordinat fantasiam siue ymaginationē in media cellula ordinat estimatiuā et rationem et iteꝝ in posteriori cellula perficit memoriaʒ et memoratiuā actioneʒ. nam virtus ymaginatiua illud quod format et ymaginatur transmittit ad iudicium rationis. Ratio vero quod ab ymaginatione recipit et quasi iudex iudicat et diffinit ad memoriaʒ transmittendo. Memoria ea que fuerunt in intellectu posita recipit. et donec illa ad actum reducat. conseruat firmiter et custodit. Secunda virtus scilicet sensitiua sic habet formari. nam spirit⁹ animalis ab interioribus ventriculis cerebri mediantibus quibusdam neruis qui sūt mollissimi progreditur ex quibus sensus formatur. vnde quidam dirigūtur cū spiritu animali ad oculos vt ibi formetur visus. quidam ad nares vt formetur olfactus. et sic de alijs. Sensus igitur visus subtilior est cū sit natura eius ignea. Auditus sensus est aereus quia percussi aeris sonit⁹. deinde subtilior est olfactus cum sit natura eius fumea. deinde gustus cū sit eius natura aquea. postremo sensus tactus grossior est omnibus. quia natura sua cum sit terrea in duris scʒ in ossibus et in neruis in asperis lenibus frigidis ⁊ calidis est necessaria. Horꝝ sensuū singuli habent sua officia vt immutati et informati a suis obiectis que sentiunt vt sua sensata intellectui representant.

Capitulū decimūseptimū de virtute visibili.

Sensus igitur visus cum sit igneus est simplicissimus vnde ⁊ remotissima subito comprehendit. Sensus autē visus sic format. In medio quippe oculi scilicet in pupilla est quidam humor purissimus et lucentissimus qui cristalloides a philozophis est vocatus. eo ꝙ more cristalli ad suscipiēdas varias coloꝝ formas subito coaptatur. Visus enim est sensus coloꝝ figurarum et formarum proprietatum exteriorum susceptiuus et discretiuus . vnde ad visum perficiendū sunt hec necessaria scilicet causa efficiens organum siue instrumentum cōueniens exterior res operans siue aer deferens anime intentio et motus mediocris. Causa efficiens est virtus animalis. Instrumentuʒ est humor cristallin⁹ in vtroqʒ oculo collocat⁹. clar⁹ et rotund⁹. Clar⁹ est vt sua claritate spm̄ et aerē oculis irradiet. rotūd⁹ vt min⁹ sit passibil' qꝛ fōr rotūda

in laterib⁹

in lateribus elisa angulos nō habet in quibus contineatur superfluitas prestitura lesionem. Exterior res cooperans est aer sine quo mediante visus non potest perfici. vt em̄ visus perficiatur in quibusdam animalibus aeris claritas exigitur. in quibusdam vero obscuritas. in quibusdaz autē mediocritas. nam in murilegis exigetur obscuritas in vespertilionibus et in quibusdam alijs animalibus mediocritas vt post patebit. Item attentio etiam anime est necessaria. dum em̄ circa rem aliquam inuestigandam alio sensu est intenta oculus minus perfecte videt. quia de re visa nō iudicat. Item necessarius est motus mediocris. si em̄ moueretur res visa ex multo impetu visus confunderetur et ex motu nimio et continuo disgregetur vt patet in remo fracto apparente in aqua propter motum aque velociter. Sic etiam aliquod lignum oblongum velociter motum apparet rotundum De visu vero qualiter fiat fuerunt apud veteres varie opiniones. Fit autem ꝫm philozophum vt patet ex primo capitulo perspectiue tripliciter visus. Uno modo per directas lineas super quas venit species rei vise ad visum. Alio modo super reflexas quādo scilicet primo multiplicantur species a re ad speculum et a speculo fit reflexio ad visum Tertio modo fit per lineas que licet non sint reflexe ab aliquo sed diriguntur inter rem et visum. non tamen vadunt incessu recto semper sed aliquando diuertunt a via recta quando scilicet medium multiplex interponitur. Et sunt ista media diuersarum dyaphoneitatum vt quando vnuz densius est et aliud rarius id est minus densum et rarum. Aliquando em̄ occurrit medium alterius nature sed frangitur radius siue species radiosa nisi veniat super lineam cadentem perpendiculariter super illud medium. secundū occurrens et voco lineam cadere perpendiculariter super corpus planum ad angulos rectos. super corpus vero spericum quādo cadit in eius centrum. Ad visum autem primo modo dictum nouem precipue exiguntur sicut habetur ibidem. Primū est sanitas siue bona dispositio organi visus. Secunduz est oppositio visibilis contra visum. quia visus tali modo videndi non videt nisi rem illam cuius partibus venit species super lineas rectas cadentes in centrum oculi que omnes linee ducte a singulis partibus rei faciunt vnam piramidez cuius conus est in pupilla et basis in re visa. vt patet in hac figura. A enim et b. sunt axes quando videns directe intuetur punctū. c. Quando vero intuetur punctum. d. tunc ille due. b. c. exeuntes ab oculis dicuntur axes quia exeūt immediate ab oculi medio ad rem visam. Tertium est distancia proportionalis. Quartū est situs determinatus non nimis ab axe visuali elongatus. quia illud scilicet quod multum elongatur ab ipso axe licet visui

A B

D C

opponatur

oppōnat̄.tñ distincte nō ɔgnoscit̄. Axis visualis est radius ille a b
siue linea que intelligit̄ duci a medio visus ad punctuz rei vise
directe ad oppositum in medio visus. vt patet in hac figura.
Quintū est soliditas seu densitas rei vise qr quod est omnino
peruiū non videm᷒. vnde et aer nō videt̄ eo ꝙ est in fine dyaphoneitati
et non habet dēsitatem vt dicit autor scientie ꝑspectiue. Sextū est magni
tudo debita rei visibilis quia res potest esse ita parua ꝙ non videbitur
in aliqua distantia. quia visus non est nisi per piramidem ad oculum ve/
nientem que si fuerit valde parua occupabit partem visus valde paruā
Sed visus non sentit visibile nisi quando pars supficiei sue immutata fue
rit quantitate visibili. Septimū est raritas medij interiacentis qm̄ mediū
si fuerit densuz impediet̄ multiplicatio speciei vt nō veniat debito modo
et de facili ad pupillā. Octauū est lux. quia species visibilis non immutat
visum nisi cū luce. Nonū est tempus. quia visio fit in tempore sicut ꝓbat̄
in ꝑspectiua. quāuis em̄ visibile subito ostēdat̄ visui nō tñ discrete ɔgnos
ceret̄ nec distincte nisi aliqua habita anime deliberatione que mora indi
get et tempore. Et ideo attentio anime est etiā necessaria in predictis vt
supra dictū est. preterea ẜm pħm nō solū venit species rei vise ad visū ẜm
piramidē visualem. sed species visus ad rem sup ɔsimilem piramidē extē
sam in eodē loco. dicit em̄ Aristl̄. in. xix. libro de aialib᷒. ꝙ nihil aliud est vi
sum videre q̄ꝫ ꝙ visus exeat ad rem visaz. Et ideo vult Aug᷒. ꝑmo libro
sup Gen̄. et. vi. musice. a re aūt visa nihil venit nisi species eius neqꝫ a visu
ad rem venit aliud q̄ꝫ species eius. nihil em̄ exit ab oculi substancia quod
corrūperetur sed exit ab oculo conus pyramidis et dilatat̄ eius basis su/
per totam supficiem rei vise. Jteȝ ꝓbat autor ꝑspectiue in li. ꝑmo ꝙ nihil
videt̄ nisi ꝑ lucem orientem sup rem visam. ab eadē vsqꝫ ad oculum multi
plicatam. vnde necessario exigitur tertia pyramis scꝫ ip̄ius lucis. et oīm
istoꝝ triū pyramidū coni sunt in oculis et bases in re visa. Qñ ergo vi/
sus habet species venientes sup has tres pyramides. tūc transit species
lucis et coloris ꝑ mediū tunicaꝝ et humoꝝ oculi vsqꝫ ad humorē cristal
linū et ibi incipit anima facere iudiciū de re visa per speciē illā. sed ibi non
ɔplet̄ immo vlterius multiplicatur species vsqꝫ ad neruū obticuz siue cō
cauū qui latet in supficie cerebri et ibi est virtus visiua in radice et suppo
sito ꝑmo principali et vno. aliter em̄ vna res semp videret̄ due ꝓpt̄ duos
oculos nisi ɔtinuarent̄ ad vnū organū in quo fit vna fontalis diriuata
ad pupillas. Hec omnia ostendit autor ꝑspectiue. Aliā rationē visus ostē
dit et assignat Constantī. li. iij. ca. xi. Dicit em̄ spiritū visibilē oculū et ae/
rem corpora clara esse que irradiatione quadā sese inuicē irradiando im
mutant. Aer em̄ qui iuxta est rem videndaz ab eius ꝓprietatib᷒ immutat̄
et sic

et sic immutatus oculo se offert a quo spiritus inuisibilis immutatur. naꝫ
ista virtus visiua vsqꝫ ad extremas partes pupille se diffundens aeri im
mutato adiungit et quasi vnū cū illo efficit. et anime iudicio color mediā
te aere delatus anime iudicio presentat. Aer em̄ ex varietate formaꝝ sibi
obiectaꝝ facile immutat. sicut videm⁹ ex obiectu panni rubei ad solis ra
dium vicinū aerem colorari. vnde nō est miꝝ si oculū claꝝ ⁊ dyaphanuꝫ
sibi immediate diunctum qualitate et forma consimili afficiat et immutet
Quantū igitur sufficit ad presens opusculū breuiter recollige ꝙ visus vl
virtus visibilis ceteris sensibus est subtilior et viuacior. vnde a viuacita/
te visus nomen accepit vt dicit Ysid. Item ceteris sensibus est dignior. et
ideo ſm situm alijs est superior. Item in effectu tanqꝫ quedam ignea vis
alijs est potentior quia alij sensus ꝓpinquiora. hic vero sua virtute remo
tissima ꝯprehendit sub angulo recto et pyramidali visa dijudicat et dis/
cernit. ſm nobiliorem naturam dispositioni organi faciliori modo inter
videnda distinguit. Unde dicit Aristo. libro. xij. ꝙ visus bonus et acut⁹
erit ex humore temperato. vnde et aues vt aquile vncoꝝ vnguiū sunt a/
cuti visus. et hoc ꝓpter purum et subtilem humorem et temperatū in or/
ganis visus existentem. et tales aues a remotis et altissimis locis vident
cibū. et tales aues altius se eleuant qꝫ alia volatilia. Aues vero in terra
manentes non sunt acuti visus. vnde prope et non de longe vident cibū
suū. Item idem libro. xix. oculi glauci non sunt acuti visus de die neqꝫ ni/
gri de nocte ꝓpter paucitatē aūt humoꝝ. oculus glaucus mouetur motu
maiori. vnde et virtus visiua debilitat. Nigri aūt oculi mouentur min⁹
ꝓpter multitudineꝫ humoris. et lumen noctis est debilius et humor in no
cte est naturaliter grauis motus. Et ideo spiritus visibilis intercluditur
per humorem ⁊ impeditur. Item idem visus senū non est acutus. quoniā
senū cutis est rugosa. ex quo patet ꝙ ex bonitate organi vl debilitate de
bilitat et fortificat vis videdi. vnde dicitur ibidem. Cum oculi animaliū
habent coopertoriū et fuerit humor in pupilla mundus et temperatus
et motus etiam temperatus. et cutis super pupillam tenuis. tūc visus est
acutus et videt a remotis. sed tamen non perfecte distinguit a remotis
inter colores et differentias corporis. visus tamen talium animaliū meli
or est visu eoꝝ quoꝝ humor in oculis est multus ⁊ non habent cooperto
riū omnino. Nam ꝓpter continuā apertionem spiritus visibilis disgrega
tur et pupilla etiā de facili leditur. et sic visus impeditur In habentib⁹ ve
ro palpebras et coopercula. patet causa contraria. Dicitur etiam ibideꝫ
ꝙ tam visus acuti causa in videndo a remotis est propter situm oculo/
rum. Nam oculus eminens est parui visus et non videbit bene a remotis.
sed oculus profundus videt a remotis. Nam motus eius non diuiditur
nec ꝯsumit.

nec consumit. sed exit ab eis recte virtus visibilis et vadit directe ad res visas vnde cū extra oculum non fuerit coopercul nccessario debilitatur visus. nec videbit a remotis nisi debiliter. Huc usqꝫ Aristotl. libro. xij. Et hec sufficiant que de visus ꝓprietatibus generaliter iam sunt dicta. nam alia patebunt infra vbi de natura et ꝓprietate oculi tractabit

Capitulū. xviij. de auditu.

Virtus audibilis in aurium organis suū sortitur effectum. Est aūt auditus sensus proprie sonoꝝ perceptiu⁹. Unde ad perficiendū auditum quatuor ad minus sunt necessaria. scꝫ causa efficiens organū conueniens mediū ordinate sonū deferens anime intentio de his conferens vel de his intendens. Causa efficiens est virtus animalis audibilis. Instrumentū conueniens est quoddā os petrosum siue cartillaginosum auribus suppositum quod quidem est concauū siccum tortuosum et duꝝ. concauū est siquidem auditus organū vt in sui concauitate spiritū et aerem contineat. tortuosū est ne stupor ex subita et vehementi allisione natus spiritū audibilem ledat. et ideo organi circularitate sonus temperate susceptus spiritū audibilem nō reuerberat ꝫ perficit et delectat. duꝝ etiā est et siccū vt sic in eo melior et fortior fiat aeris allisio et sic sonitus maior fiat vt patet de tympanis que melius resonant flante borea vento scꝫ frigido et sicco q̄ʒ austro humido atqꝫ lento vt dicit Constl. et etiā Aristl. mediū vero deferens percussus est aer qui auriū foramina subintrat et allidit os penetrosū quod primū audit⁹ instrumentū est etiā necessaria anime intentio quia quādiu solicita est et intenta ad diuersa min⁹ indiget ad perficiendā virtutis audibilis actionē sicut videm⁹ in multis vndiqꝫ circūdatis. quia fere nihil audiūt cū mens ad singula suā non habet attentionē et ideo nihil percipit tunc auditu. Fit aūt auditus hoc modo. duo nerui ab interiori parte cerebri exeuntes in ossibus petrosis auriū infigunt ꝑ quos spiritus animalis ad ossa defertur predicta quibus exterior aer formā alicuius soni referens et immediate cōiungit. vnde aer percussus ossa illa allidit et spiritus in eis existens ꝫm ꝓprietatem aeris ibi existentis et neruos allidentis immutatur Spiritus vero sic immutat recurrens ad suam cellulam fantasticā immutationem anime representat et sic audit⁹ perficit. Patet igit ꝙ audit⁹ merito dicit aereus eo ꝙ ꝑ aerem repercussū habet semꝑ generari. inde est ꝙ natura posuit sensū auditus in medio rotundi capitis vt dicit Aristl. libro. xij. quia audit⁹ circulariter et non directe sonū aeris percussi vndiqꝫ apprehendit. hic etiam sensus sicut et ceteri cōtristat. quia corrumpitur in extremis et in medijs delectat et saluat. vnde dicit Ambro. in Examerl.

Incolas

Incolas regionis vbi oritur nilus auditu esse penitus puatos pter fragorem et strepitū horribilem. quoniaʒ idem fluuius de montis precipicio corruens incolaꝝ aurib' incurrere osueuit. Hic etiā sensus sicut et ceteri multis subiacet passionib' quia quādoqꝫ totus auferꝫ et tunc surditas vocatur. et quandoqꝫ minoraꝫ et tunc grauitas auditus nominaꝫ. qñqꝫ aūt cursū suū egrediꝫ. causa aūt passionis quādoqꝫ est ex vicio cerebri siue nerui qui est via auditus et hoc quia opilatur. vel quia aliquo morbo officiali aggrauatur. Item ex vicio ipaꝝ auriū quia quandoqꝫ a diuers humoribus corrumpunꝫ. quādoqꝫ putredines in suis ocauitatib' coadunantur. quandoqꝫ lapides vel alia que transitum aeris ad spiritū audibilem impediunt immittunꝫ. quādoqꝫ ex titillatione vermiū ꝛ corrosione nerui audibiles molestanꝫ. quādoqꝫ etiā ex aere corrupto calido vel frigido instrumenta auditus inficiunꝫ et ledunꝫ. quādoqꝫ etiā ex grossa vētositate in poris neruoꝝ sensibiliū interclusa via audit' impeditur vt patet in illis quibus videtur ꝙ audiant fistulas cornua aut campanas ex quibus oībus virtus auditiua lediꝫ vel auferꝫ sicut in tractatu aurium post dicetur.

Capitulum. xix. de olfactu

Olfactus siue odoratus est sensus pprie odoꝝ pceptiu' ad quē pficiendū exigitur spiritus animalis tanqꝫ causa efficiens. Necessariū aūt est organū expediens scꝫ nariū pfecta dispositio in quib' sunt caruncule ad modum mamillaꝝ dependentes q̄ sunt ppria organa odoratus et recipiunt spiritū animalē per quosdā neruos a cerebro descendētes. Nares eñ nō sunt pprie instrumenta olfact' que sunt cartillaginose. ꝛ ideo sunt insensibiles. quod patet qꝛ in eis abscisis nō priuaꝫ animal odoratu. Similiter nos per fetida loca transeūtes si flatum repressim' subintrantē nares aerem fetidū non sentim' et hoc est quia ille caruncule opilate quasi quodā motu voluntario sunt obstructe Sunt etiā he caruncule concaue et spongiose. ideo concaue vt in sua concaua porositate fumū a re odorabili recipiant resolutū. ideo etiā sūt spōgiose vt in eis vigeat virtus attractiua. et ideo exterior necessaria est aeris cooperatio vt scꝫ aere ꝫm fumositatem a re odorāda resoluto immutetur in ipis carunculis incorporetur. Unde sicut habet fieri odorat' spiritus animalis per quosdam neruos qui dicuntur odorabiles ad predictas carunculas a cerebro transmittunꝫ. fumus aūt corporis odoriferi resolutus aeri admiscetur quem cerebri ventriculi per illas duas carunculas sibi attrahunt et in suam similitudinem mutant et conuertunt. et sic p illam immutationē in spirituali factam odoris discrecio pcreaꝫ. odorat'

aūt

autē spectat ad fumosam naturā seu materiem quoniā habet p eam fieri Odor eni nichil aliud est q̄ aerea seu fumosa substancia a corpore resolu ta. hunc aerē fumosū vaporē sibi necessariū et amicabilem attrahit cere/ brū sicut cor anhelitū et hui⁹ aeris attractu cerebrū tempatur et cōforta tur sicut calor cordis a tractione anhelitus mitigatur. Vapor enim si fue rit maliciosus fetidus et corrupt⁹ spiritū animalē corrūpit et sepius pesti feros morbos generat et inducit. Unde olfactus in suo effectu sepius im peditur. quandoq3 ꝓpter malam cerebri complexionē3. quandoq3 ꝓpter humorū crudorū vel corruptorū in neruis odorabilibus nimiam repletio nem vt patet in pacientibus fluxū narium seu catarrum. quandoq3 ꝓpter prauam instrumentorū olfactus dispositionem. quando scilicet nimis di/ latantur vel nimiū constringunt. quandoq3 ꝓpter superfluam carnis su/ perexcrescentis opilationem vt patet in poliposis. quandoq3 ꝓpter apo/ stematis siue cuiuscunq3 humoris corrupti infectionem. quandoq3 ꝓpter alicuius humoris calidi et sicci corrosionem. vt patet in cancrosis et hu/ iusmodi. Hic sensus ꝓpter sui subtilitatem quando bene disponitur virtu/ tem animalem confortat et a fumositate superflua euacuat. et econuerso quādo corruptus est aliquo casu vel infectus virtus animalis leditur et in suis actionibus impedit. Dicit etiam Aristl. libro. xij. ꝙ sensus olfact⁹ non est nisi per actionem aeris in animali habente nasum qui est membꝝ in medio alioꝝ sensuū positū in anteriori parte capitis propter iuuamen tum anhelitus. Omne animal habens pulmonem habet nasum vel aliud loco nasi propter anhelitus iuuamentū. vnde patet ꝙ organu3 olfactus non solum est in animalibus ad decentiam et decorē verū etiam ad per/ ficiendū virtutem spiritus animalis et ad tribuendū virtuti vitali in cor/ de adiutoriū et vigorem. Hec virtus sc3 odoratiua viget in quadrupedi bus. Unde et solo odore discernunt inter herbas salubres et venenosas et precipue in symeis que eque vel magis discernunt inter cibos et cibos per olfactum q̄ per gustu3. Deinde in canibus viget maxime illa virtus qui solius odoris ductu ad sentiendum animaliū vestigia viuacitate ol/ factus infallibiliter deprehendunt. viget etiam in volatilibus precipue in vulturibus quia ꝫm Ambro. in exameron. et Jsidoꝝ libro. xij. cap. vi. ita sunt viuacis olfactus ꝙ vltra maria cadauera sentiunt. In his ergo et in alijs operationis nature condicionibus admiranda est diuina sapien tia que per ista et talia similia dat nobis quodāmodo intelligere quali/ ter per ista sensata materialia ad intellectum eorum que sunt supra sensu3 sint paulatim cordis interiora ad intelligentiam spiritualium promouen da. et propter hoc simplex est in hoc opusculo mea intentio et finis meus. Hec de olfactu dicta sufficiant.

sequit. c. xx

Capitulu3 vicesimū de gustu.

GUstus est ꝓprie sensus sapoꝝ perceptiu⁹. Ad quem gustū sen/
sibiliter perficiendum necessaria sunt illa causalia effectiua ma
terialia et informatiua que et in aliis sensibus iam sunt dicta.
Nam virtus animalis est causa efficiens causa materialis et
instrumentalis in lingua propria cum suis arteriis. spiritum animale3 ad
perfectionem virtutis gustabilis perficiens. Que quidem lingua sm sue
substancie complexionē est concaua porosa humida et insipida Concaua
quidem est vt sui concauitate humorositatem rei gustabilis resolutam in
se suscipiat. porosa. vt quod esset grossum vel subtile de re gustanda. ad
neruos lingue libere subintraret et vt virtus attractiua ad paciendū ea
plus vigeret. humida quide3 fuit vt cooperaretur ad acceptorū dissolu
tionem. vt si aliqua sicca et dura forsitan lingue vel palato applicarentur
humiditate lingue ad digestionem siue qualemcūq3 resolutione3 facilius
aptarentur. Erat etiam et insipida vt esset cuiuslibet rei et saporis facili/
us receptiua sicut aqua. que si determinatum saporem haberet. alterius
qualitatem percipere non valeret. Fit aute3 gustus hoc modo. Duo ner
ui in medio lingue infiguntur qui postmodum in multos ramos. in extre
mitatibus lateralibus lingue dispertiuntur et per eos spiritus animalis
in linguam defertur. Cum ergo res gustanda subintrās linguam vel po
ros neruorum. spiritus animalis existens ibi immutatur sm eius ꝓprieta
tes quas postea iudicio anime representat. gustus ergo tanto olfactu
grossior est quanto fumus aqua subtilior inuenitur. quia odoratus natu
ra est fumosa. gustus aūt sensibilitas humectatio est aquosa vt dicit Cō/
stant. Hic sensus animali perutilis est ad indiuidui conseruationem. gu/
stu eñ corrupto vel ablato vis nutritiua deficit ꝛ sic substancia animalis
paulatim perit. gustus aūt corrumpit̄ quando sua instrumenta leduntur
vel quando corrupti humores in ipis dominant̄ et hoc fit quando non
saporanda sentit. vel quando saporanda sub ꝓpria qualitate non appre
hendit et hoc accidit quando singularis humor in lingue substancia do
minat̄. verbi gratia si dominat̄ colera rubea omnia sentit amara et si sal
sum flcuma sentit salsa et sic de aliis vt patet in febricitantib⁹ in quib⁹ do
miniū corrupti humoris gustū inficit et corrumpit. Immutat̄ etiā quādo
ledit̄ per maliciam rei que gustat̄ vt patet in aloe et in aliis nimis ama/
ris quoꝝ horrore gustus asperatur. delectat̄ aūt gustus in dulcibus ꝓ/
pter illam quam habet cū dulcedine assimilationē. quia dulcedo que fun
dat̄ sup calidū et humidū que similis est oībus membris que dulcibus
maxime nutriunt̄. dulcia eñ multi sūt nutrimenti et de facili membris assi
milant̄ sicut dicit Isaach in diet.

ca. xxi

Capitulum vicesimumprimum de tactu.

Tactus est sensus specierum tangibilium perceptiuus. Nam virtute tactus anima apprehendit calidum et humidum frigidum et siccum. molle et durum. lene et asperum. Uel secundum Auic. tactus est vis ordinata in neruis tocius corporis ad apprehendendum quod tangit. Hic autem sensus licet sit in omnibus partibus. principaliter tamen viget in volis manuum et in plantis quas natura temperatas ista composuit ratione vt scilicet calida et frigida facilius persentirent. sunt autem he partes concaue vt tangenda melius percipiantur. et tenenda melius et fortius teneantur. Neruose vt ibi vigeat sensibilitas quia omne neruosum sensibile est. Temperate vt a qualibet re temperata facilius immutetur. Obiectum itaque siue sensatum tactus dici potest compositio primarum qualitatum et quedam communia ad illas. vt asperum lene. durum molle Item horum extremis sensus tactus leditur vt patet in nimis calido et nimis frigido in medijs natura delectatur vt in tepido. Ad istum autem sensum perficiendum exiguntur ista scilicet causa efficiens. et hec deriuacio est spiritus animalis ad organa tactus. Item instrumentum conueniens et hoc est duplex. Nerui de cerebro egredientes singulis membris spiritum animalem deferentes. Secundarium vero instrumentum est caro in qua nerui inuoluti sunt et infixi per quos virtus tangibilis operatur. Nam ipsis mediantibus species rei tangibilis anime iudicio deportatur. Item tertium exigitur scilicet exteriorum cooperatio que est necessaria vt res tangenda organo tactus appropinquat. ex cuius appropinquatione spiritus animalis in carne et neruis existens immutetur et immutatus proprietatem rei tacte representat et sic sensus iste in sua actione fit completus vt dicit Constl. Hoc autem est proprium sensus tactus quod omnes alij sensus habent singulare membrum et organum sue actioni specialiter deputatum. Solus autem tactus est generatus in membris omnibus exceptis pilis et crinibus et pedum ac manuum vnguibus in quibus non est neruus et per consequens neque sensus. Hic sensus pre omnibus alijs magis est terrestris atque grossus. et ideo aspera et dura et cetera huiusmodi terrestres passiones sensibus alijs similitudinis gratia perfectius comprehendit. Hic sensus quamuis alijs sensibus ratione obiectorum videatur grossior esse supposito tamen alijs iudicatur esse vtilior. quia quamuis alij sensus possint aliqualiter esse sine tactu tamen bene et complete esse sine tactu est impossibile vt dicit philosophus. vnde generalior est tactus ceteris. tum quia per omnes corporis particulas diffunditur. tum quia omnibus alijs sensibus cooperatur precipue gustui. Ibi enim duo sensus scilicet gustus et tactus sunt magis continui cum ipso corde et ideo sunt magis de esse animalis et de suis sensatis iudicant expressius

Et ob/

et obiectis. Omne em̄ membꝝ habet vnū neruū vel duos quibus sensus tactus et motus voluntarius perficit̄ et complet̄ sicut in anathomia Cō/stantī. inuenit̄. Ledit̄ aūt iste sensus tactus quādoqꝫ sicut et sapiores. q̄n/doqꝫ aūt ex toto auferṫ vbi sensus et motus volūtarius penitus amittū tur vt contingit in membris paraliticis et contractis. Item quādoqꝫ mi/norat̄ sicut quando aliquod membꝝ obdormire dicit̄ quando scꝫ ꝓpter aliquā opilationē vel membri ↄstrictionē. spiritus sensibilis libere transi/re p membꝝ non permittit̄. Ledit̄ etiā a mala cerebri compassione vt pa tet in epilenticis qui hora accessionis etiā tactū ignis non aduertūt Se/pe etiam patitur ab extrinseca aeris immutatione vt in digitis nimio frigore ↄstrictis in quibꝰ motus voluntariꝰ impedit̄ vnde vnus aliū con stringere non potest. Item quandoqꝫ ex parciū corporis incisione. Nam membꝝ a corpore precisū nihil omnino sentit etiā si cōcussū fuerit penitꝰ vel obustum. Item membꝝ etiā manens in corpore si fuerit aliquo casu mortuū vel putrefactū. sensu tangibili omnino priuat̄. tanto em̄ sensus ta/ctus grauius patit̄ quanto ꝓfundiꝰ in neruis sensibilibꝰ vulnerat̄. Item cū dolor sensus sit rei nociue ↄtingens ex partiū discontinuatione res in ferens dolorē membro maxime ledit tactū. et maximā infert corpori pas/sionem et grauē efficit immutationē. Nam omne sensatū immutationem facit in organo sensitiui sui vt dicit pħus. Item plures immutationes fa/ciunt sensata tactus q̄ꝫ alioꝝ sensuū. grossior em̄ est et materialior ceteris sensibꝰ. et ideo fortius retinet impressiones cōuenientis et incōuenientis. Itē qꝛ tactꝰ est sensus vniuersalis adherens singulis partibꝰ. ad vniuer salem destructionē tactꝰ destruit̄ subiectū totius animalis. nam sic est de alījs spiritibꝰ. destructo em̄ sensu visus alie virtutes animalis ꝓpter hoc nō destruūtur. immo q̄nqꝫ in suis actionibꝰ fortius intendunt̄. sed destru cto tactu destruit̄ omnis sensus. vnde patet ꝙ sensus tactꝰ est subiectum omniū alioꝝ sensuū et fundamentū. Item cū quatuor sensus alīj singulaꝛ̄ et ꝓpriū sensatū habeant et obiectū scꝫ ꝙ sic cadit in vno sensu ꝙ non in alio sicut color in visu. sapor in gustu ꝛc. Solus tactus est qui omnibꝰ alījs organis sensuū suas imprimit passiones. Est em̄ ↄmune omībꝰ sensibꝰ ꝙ ꝓpria habent obiecta et sensata in quibꝰ non errant nisi casu. ꝓpter q̄daꝫ em̄ accidentia ↄtingit sensum particularē errare. qꝛ vt dicit Arl. huiusmo di faciūt sepe fantasiā mentiri vt patet in visu qui iudicat stellam magnā esse paruā ꝓpter magnā distantiā situs. et gustu qui dicit amaꝝ dulce et econuerso propter palati infectionē et sic de alījs ↄtingit. Cōmune igitur est et generale ꝙ omnes sensus particulares exteriores a cōmuni sensu in teriori tanq̄ꝫ linee quedā a centro particulariter exeunt et ꝫm varias eo/rum passiones organa sensitiua ꝑficiunt. et suoꝝ sensatoꝝ formas et simi

litudines

lituoines ad sensu͂ omune͂ singularit reducit. quo mediante de singulo℞ ꝓprietatib'et differencijs quantu͂ co℞ actioni ꝯgruit iudicat ꝛ discernu͂t Et hec dicta de ꝓprietatib' virtutu͂ et sensuu͂ iam sufficiant.

Caplm̄.xxij.De his q̄ exigunt ad pfectione͂ nature

Sicut ad regnu͂ nature exigunt sensus et virtutes.ita ad pfectionem eiusdem exigunt necessario spirit' quidaʒ quo℞ beneficio et motu continuo tam sensus q̄ȝ virtutes in animalib' moderant vt suas peragant actiones. Dicit au͂t spu͂s ꝓut hic sumit queda͂ substantia subtilis et aerea ꝟtutes corporis excitans ad suas pagendas actiones.vel sicut dicit in libro spu͂s et anime. Spu͂s est quoddaʒ corpus subtile vi caloris generatu͂ et in humano corpore per venas corporis viuificans et p arterias pulsabiles anhelitu͂ vitam atq̄ȝ pulsum animalib' administrans sensum et motu͂ voluntariu͂ mediantib' neruis et vinculis operans in corporib' animatis. hic spu͂s ꝫm medicos sic habet generari.dum p calorem agentem in sanguine͂ fortis in epate fit ebullicio.fumus quide͂ resoluitur qui ex venis epatis subtiliat' et depurat' in quanda͂ subtilem et spirituale͂ substantia͂ siue aerea͂ natura͂ co͂mutat. que spu͂s naturalis dicit eo q̄ sua potestate naturaliter sanguine͂ subtiliat et leuitate sua ip̄m ad singula membra impellit et agitat. et ideo iste spirit' est virtutis naturalis ꝓprie regitiu' vt dicit Constantī.hic idem spu͂s per venas quasda͂ ad cor mittunt nisi p collisione͂ et motu͂ partiu͂ cordis ad inuicem magis depurant ꝛ in natura͂ subtiliore͂ ꝯuertit.et tunc spu͂s vitalis a phisicis nuncupat eo q̄ a corde p arterias ad toti'corpis membra se diffundit.et spu͂alem virtutem augmenta͂s eius operationes rectificat et custodit Nam quedaʒ arteria a sinistro cordis ve͂triculo exiens in suo ortu mox in duos diuidit ramos quo℞ vnus tendit ad inferiora in plurimos diuisus ramos quib' mediantib' spu͂s vitalis ad om̄ia inferiora membra viuificanda in corpe deportat.alter vero ram'tendens ad supiora diuidit ite℞ in tres ramos quo℞ dexter ad dexte℞ brachiu͂. sinister ad sinist℞ equaliter se diffundit in arterijs sic diuersimode bifulcatis tra͂sfundit spu͂s vitalis p totu͂ corpus et vitalem in arterijs pulsu͂ operatur. medius vero ram' ad cereb℞ se extendit et supiores partes viuifica͂s vitale͂ spiritu͂ in om̄ib' partib' circu͂fundit. Idem vero spu͂s ad ve͂triculos cerebri vlteri' penetrans ibide͂ pl' dirigit et subtiliat ꝛ in essentia͂ animalis spu͂s qui subtilior est ceteris tra͂smutat. Iste igit spu͂s animalis in anteriori ventriculo cerebri generat' particulariter diffundit p organa sentiendi.nihilomin' tn̄ pars remanet in eisde͂ ventriculis vt sensus ꝯmunis et ymaginatiua virt'ꝑficiat.deinde tra͂sit ad ve͂triculu͂ scȝ ad cellulaʒ lo/

gisticam

gisticā ad ꝑficiendū intellectū. formato aūt intellectu transit ad puppim siue ad cellulaz memoralē impressiones in alijs cellulis stans vt secū defe rens in thalamo memorie reponant̃. a puppi vero id est a posteriori par/ te capitis. id est ꝑ cerebri medullam spine dorsi que a phicis nucha dicit̃ penetrat ad neruos motiuos vt sic mot⁹ volūtari⁹ in oīb⁹ partib⁹ cor/ poris inferioris generet̃. vñ igit̃ et idem spūs corpe subtilis tñ et aereus ꝓpter diuersa officia in diuersis membris diuersis nominib⁹ est vocatus. nā spūs naturalis ē in epate. spūs vitalis in corde. sed spūs differētialis ꝓut in capite opat̃. hunc ꝗdez spm̄ nō debem⁹ credere humanā aiaz siue rōnalez animū. sed poti⁹ vt dicit Aug⁹. eiusdē vehiculū et ꝓpriū instrumē tū. mediāte em̄ tali spū aīa corpori iungit̃. et sine talis spūs ministerio nul la aie actio ꝑfecte in corpe exercet̃. vñ istis spiritib⁹ lesis et in suis effectib⁹ qualitercunq3 impeditis resoluta corpis et aīe armonia rōnalis spūs in cūctis suis opationib⁹ in corpe impedit vt ptz in maniacis et in freneticl. et alijs in q̄b⁹ vsus rōis sepi⁹ nō hꝫ locū. et hoc est q2 ꝑdictoꝝ spirituū hu more vel vulnere ledit̃ instrumentū. Istis igit̃ spiritib⁹ ꝯfortatis aīa con fortat̃. et istis debilitatis vel deficientib⁹ ipa aīa quo ad regimē corpis deficit vel in suis actionib⁹ minorat̃ vt plane dicit Cōstant. et hec de istis spiritib⁹ sufficiant quantū ad presentem pertinent tractatum.

Capitulū. xxiiij. de pulsibus

onem sensus facilius disponatur Calidior vt ad susceptionem forme yma ginatiue aptior redderetur . Liquidior et humidior parum vt neruus sen sibilis facilius moueretur Cellula vero inter proram et puppim media . ca lida est et humida . plus ceteris habens de spiritu et medulla de spiritu plus vt perfectior fieret in ea per racionem discrecio sicut in alijs membris fit per digestionem puri ab impuro separacio . Multum habuit de spiritu vt multus fieret motus et multum de medulla vt temperaretur motus a nime vt sic melius discerneret concepta . In istis tribus cellulis sunt tres operaciones principales . quia in prima forma a sensibus apprehensa in phantasia siue ymaginacione recolligitur . Deinde ad mediam transmissa discernitur · tandem post iudicium racionis ad ventriculum puppis trans mittitur et memorie commendatur . fuit autem cerebrum rotundum vt ca pacius sit spirituum et ne facile paciatur . Ad defensionem autem cerebri fuerunt necessarij duo panni qui vocantur matres cerebri . vnus est gross us scilicet dura mater hic crineo supponitur sed in medio cerebro ingross atur . et ad maiorem fortitudinem solidatur . non tamen immediate cum crineo coniungitur ymmo pocius suspenditur et hec atqz illuc circa cere bri substanciam dilatatur Hec dura mater fuit necessaria vt piam matrez que ea tenerior est a duricia crinei defensaret et vt venas et arterias cere bri colligaret et eciam si qua essent ibi spacia vacua illa impleret . ¶ Secun dus panniculus dicitur pia mater . que dure matri supponitur que mollior est dura matre . vnde substanciam cerebri circumuoluit et per dictas cellu las ab inuicem separat et discernit nec superfluit pia mater . quia cerebri interius venas recolligit . eciam cerebrum . ne sua liquiditate diffluat coad unando custodit cerebrum eciam cooperiens et amplectens ipsum a dura matre defendit . Insuper per venas quas habet cerebrum nutrit et per ar terias quas continet . spiritum ei transfundit Cerebrum eciam est membrum mouens et regens omnia membra corporis inferiora singulis sensum lar giens atqz motum . quo impedito omnia in corpore impediuntur et bene se habente omnia que sunt in corpore melius disponuntur . Habet autez cerebrum hoc propriumqz sentit et sequitur motum lune qua crescente me dulla cerebri crescit et decrescente diminuitur in substancia et virtute Naz tunc in seipsam se contrahit et alij spiritui ita libere non obedit et hoc pa tet in lunaticis et in epaticis qui in nouilunio et plenilunio potissime mo lestantur . et hoc idem est quod dicit . Aristotiles . libro . duodecimo . de signis videlicet bonis et malis cerebri . Cerebrum inquit nimis exsiccatur vel humectatur non faciet scilicet suum opus . Sed similiter eciam in frigidatur corpus et similiter eciam liquefacit ipsum spiritum . Et eciam

ideo

ideo accidunt infirmitates et amissio intellectus et tandem mors. Item animalia nimis magnum cerebrum habencia sunt multi sompni et hoc forsan dicit propter humiditatem multam que inde resoluta in fumum opilātem meatus cerebrum ducit sompnum. Item Aris. ibidem. cerebrum non habz in se sensum tactus sicut nec sanguis nec alie superfluitates animales et non est in corporibus animalium ad saluandum naturam et quod mirz est cerebrum omnibus corporis partibus sensum tribuit et tamen de se et in se nihil sentit. Item ibidem sentit idem omne animal habens sanguinē et sepum habet cerebrum vel aliud membrum conueniens loco eius sicut animal multipes et sic simile. et quamuis sit in omni aīali sanguinez hñte nihil tamen sanguinis continet in substancia medulle sue sicut dicit Aristotil. tercio libro Item aristoti. libro xvi. cerebrum est frigidum substancialiter et humidum et ideo fonti caloris animalis scilicet cordi est oppositum vt scilicet humectetur et temperetur superfluitas caloris et siccitatis arteriarum ex quibus rethe cerebri est contextum. nam ex corde procedunt arterie sicut dicit Halij. ex quibus componitur rethe mirabile. in quo quasi inuoluitur cerebrum et in illo rethi digeritur spiritus animalis et per ipsum spiritum fit penetracio virtutum cerebri ad alia membra. et ideo vt dicit Aristoti. ibidem. Cerebrum est primum membrum in creacione animalis post creacionem cordis Galie. tamen dicit ꝙ cerebrum bene complexionatum debet esse in quatuor qualitatibus temperatum sed sicut ibi dicit Halij. Complexio cerebri naturalis magis frigida et humida q̄ȝ sit calida siue sicca quod fit necesse ad eius infrigidacionem predicti rethis et ad mitigacionem caloris accidentalis cerebri quī accidit ex assiduitate sui motus. Item aris. libro xv. homo inter omnia animalia sue quantitatis maximum habet cerebrum quia cor maximi est caloris. vnde propter caloris dominium et bonitatem complexionis est homo boni intellectus et intelligencior cunctis animalibus et non possunt infantes longo tempore portare caput rectum propter cerebri magnitudinem et ponderositatem donec a calore cordis mediantibus arterijs a suo pondere alleuietur. bona vero cerebri disposicio sic et mala per suas cognoscitur actiones Nam si fuerit substancia cerebri mollis clara ac peruia de facili recipit formarū impressiones et sigillaciones. Unde propter velocitatem sigillacionis formarum rerum est habens eam bone et velocis disciplīne quandoqȝ vero econuerso est non mollis vel est turbida efficitur habens eam durius et tardius recipit imp̄ssionē vel impressiones Si tñ cū recepte fuerint receptas diu seruat quod est signum siccitatis sicut fluxibilitas et labilitas signum est humiditatis vt dicit Haly et sic de alijs qualitatibus intelligendūm est verbi gracia. Si vero quis fuerit sollicitus consuetudinaliter mobilis

bilis .instabilis audax iracundus . calidum cerebrum videtur talis habere. econuerso se habens frigiditatem pretendit . Si vero fuerit piger ob'liuiosus sompnolentus humidum nimis designat Et eciam econuerso si fuerit multum vigil et memoria tenax designat siccum . Si vero excedens fuerit cum caliditate humiditas multe fiunt superfluitates et multe accidunt capiti infirmitates . nocent autem calida et humida et potissime meridionalis aer et confert septemtrionalis adest sompnus nec potest longo tempore vigilare et qñ dormit accidit ei Beth.i.quies falsa.visū habent turbidum et sensus non claros . Si vero excesserit cum caliditate siccitas peiora accidunt sinthomacha nisi ꝙ tot superfluitates non generantur sensus siquidem habent tales satis claros et a superfluitatibus mundos . sed plꝰ vigilant q̃ȝ alij homines et sunt animosi vaniloqui et instabiles et cito accidit talibus caluicium post adolescenciam quamuis in eis precesserint multi crines . similiter si excesserit frigiditas cum siccitate solent tales habere claros sensus et mundos meatus a superfluis in iuuentute et omnino sine infirmitate . sed quando protenditur etas de leui causa debilitantur et velociter senectus festinat et apparet cito in capite quia eis adueniunt cito cani . et si forcior siccitas q̃ȝ frigiditas cum canicie efficiuntur calui. si vero forcior fuerit frigiditas caluicies non accedet .quando vero excedit frigiditas cum humiditate accidit profunditas sompni et sensus eius sunt mali et superfluitates multe . et si intendatur frigus aut humiditas paciens incidit in apoplexiam vel in parabolis vel in mortem et non accidit habenti hanc disposicionem caluicium vt dicit Gal.in tegñ.et in commento dicit idem Haly . Et hec de proprietatibus capitis scilicet et cerebri dicta sufficiant Sequitur capitulum quartum

Capitulum quartum . De caluaria .

Caluaria est anterior pars carnei ab ossibus carnis sic dicta ꝑpter capillorum defectionem et neutraliter pronunciatur. Unde dicit ysid.libro vndecimo ca.secundo sic vertex dicitur superior pars capitis exterius vbi capilli capitis colliguntur et in qua cesaries vertatur vnde et nuncupatur.sic occipicium dicitur pars capitis posterior q.contra capuciuȝ caluaria capillis spoliatur cito propter eius siccitatem vertex tardius.sed occiput tardissime siue numq̃ȝ propter hūoris superfluitatem De capillis autem quere infra.eodem.

Capitulum quintum De oculis

Oculi vt dicit ysidorus in libro decimo ca.secundo . quasi occulti sunt dicti . quia enim eos ciliorum tegmina occultant.

I ne aliq̃

ne enim alique incidentes iniurie offensione ledantur. Siue eciam ideo quia occultum lumen et eciam secretum lumen positum intus habent. Hij autem inter omnes sensus sunt anime magis viciniores. Nam enim in oculis omne iudicium mentis est. Unde anime perturbacio vel hylaritas in oculis apparet similiter amor vel odium et cetere passiones dicunt et lumina quia lumen exterius accipiunt et acceptum communicant et refundunt Sunt autem oculi instrumenta visus vt dicit constan. Et sunt duo vt si forte vnus compateretur eius defectus per alterum suppleretur. et quoniam oculus est loco speculatoris ideo locauit natura oculos in eminenciori loco corporis Sunt autem oculi decem cause ipsius substanciam componentes scilicet septem tunice et tres humores Inter humores vero primus albigenus secundus cristallinus. tercius vitreus. Septem autem tunice sunt septem pellicule siue tele que circumdant illos humores et ab inuicem distinguuntur in quibus vel in quorum medio formatur visus et sic sunt a natura inuicem ordinate quod quatuor a parte sunt anteriori. quarum prima dicitur tela aranea. secunda vuea. tercia cornea. quarta coniunctiua. Tres vero sunt a parte interiori scilicet rethina secundina et sclirotica id est dura vt post patebit. Inter hec autem omnia vnum solum est visus instrumentum scilicet humor cristallinus a cristallo sic dictus quia cristallo in colore sic assimilatur. Est igitur cristallinus humor secundum constan. albus lucidus clarus in superficie planus in medio omnium aliorum collocatus et hoc ideo vt ei ab alijs omnibus equaliter seruiatur. Fuit eciam peruius clarus et dyaphanus vt cicius in oppositos colores transferretur et omnium colorum indifferenter similitudinem imutaretur. Fuit eciam rotundus in forma et in substancia vt non facile lederetur nec in eius angulis superfluum aliquod colligeretur vnde casualiter pateretur Sed ne nimia rotunditate nimis esset immobilis habuit aliquam planiciem vt ad moderanciam eius velocitas duceretur. nam omnis res que penitus rotunda elisa in sua latera instabilis est et non firma vt dicit constan. quod autem per istum humorem habeat fieri visus patet per hoc quod si aliquid inter ipsum et spiritum visibilem includeretur vt humor vel aliud accidens videndi auferretur cum spiritus visibilis ad ipsum penetrare propter obstaculum non valeret Oritur autem humor iste a partibus cerebri superioribus puris peruijs et dyaphanis et hoc proprie est pupilla siue medius oculi punctus vbi est proprie vis videndi nisi nobis proprijs videntibus relucent quedam ymagines mundi in speculo apparentes. sed de hoc infra dicetur. Hic autem humor in medio aliorum duorum collocatur scilicet vitrei et albuginei. Vitreus autem humor a parte interiori collocatur. Albugineus vero a parte scilicet anteriori collocatur. Vitureus autem humor ad modum

vitri

vitri purus est et perspicuus et arabice dicitur gelados cuius iuuamen est duplex .primum et principale est quoniam sanguinem nutriturum cristallinum humorem suscipit et dealbat et aptat vt sic facile conuertit in substanciam cristallini non enim fuit conueniens vt tamquam purissimus humor inpurum susciperet nutrimentum quod quidem fieret si sanguis rubeus non digestus non dealbatus non subtiliatus cristallino humori occasione aliqua se misceret .aliud eciam est iuuamentum vt prohibeat humorez cristallinum et a contactu et asperitate tunicarum que respectu ipsius dure sunt plerumqz atque grosse .similiter vero humor scilicet albugineus q̄ alio nomine dicitur euagaydos est a parte anteriori qui eciam dupliciter iuuat cristallinum . nam prohibet eius lesionem et in sua humiditate temperat vel cristallidos cristallinam siccitatem cum albugineus sit humor in oculis magis humidus et cristallidos sit magis siccus spissitudine sua eciam aliquantulum spiritum visibilem aggregat et confortat . Iste tres partes oculi licet vocentur humores non tamen s̄m veritatem sunt humores quia non sunt liquidi et fluxibiles vt humores sed maiorem longehabent in se humoris densitatem .sunt eciam corpora vegetata et habencia virtutes innatas quod alicui humorum non conuenit . dicuntur tamen humores propter maiorem molliciem et perspicuitatemquam habent cetera mēbra corporis et magis sunt obediencia q̄z alia organa sensibilia actioni animalis spiritus et virtuti Hij tres humores ne pariter commisceantur tunicis interioribus et exterioribus ab inuicem separantur . ordinantur igitur iste septem tunice in hunc modum . nam iuxta cristallinum humorem a parte interiori immediate est tunica que dicitur rethina a venis et arterijs pie matris est orta et contexta in modum rethis portans secum cibuz ad vitreum humorem et cum suis neruis sensum ad cristallinum transmittit . post rethinam vero immediate sequitur tunica secundina ab ipsa pia matre generata que rethinam nutriri defendit ne rumpatur casu aliquo aut ledatur . tercio sequitur tunica que dicitur sclirotica id est valde dura a dura matre cerebri procedens a duricia ossis omnia alia defendens .et est quasi ligamentum oculorum . a parte vero anteriori immediate iuxta cristallinum humorem est tela aranea sic propter sui vtilitatem dicta vt esset spiritui peruia ex subtilioribus partibus rethine tunice generata .hec autem tunica posita est inter cristallinum et albugineum humorem prohibens eos commisceri . Hec tunica scilicet aranea coniuncta cum interiori rethina ipsum facit orbem Nam hee due tunice intra se . claudunt humorem cristallinum .post hanc sequitur tunica vuea sic dicta.eo autem q̄ vue nigre assimilatur in colore et hoc enim sano nature consilio . Nam enim omnia predicta in composicione oculi erant alba et clara et s̄ps visibilis disgregatiua.

disgregatiua et ideo necessaria fuit tunica vuea vt sua nigredine lumen in oculo aggregaret Nam nigredo est congregatiua visus Hec eciam tunica ad modum spongie est quodammodo porosa et vinosa. neruorum hm constan. continens fila . vt cristallinum humorem a superflua humiditate depuraret et spiritum circumstantibus alijs ministraret Hec tunica vuea a parte anteriori cum tunica secundina in parte interiori coniungitur que coniuncta faciunt scdm orbē. claudentes albugineum humorem quem illi collocauit natura vt spiritū clarefaceret et cristallino humori. humiditatis naturam ministraret Post hāc immediate sequitur tunica que ab effectu dicitur cornea. quia cornu lucido est simillima vnde et peruia est Et spiritus visibilis racione sue transparencie et cum racione aliquantule densitatis sue est aggregacioni visus aliquantulum comparatiua Racione eniꝫ sue fortitudinis et coadherencie a nocumētis exterioribus est interiori minus forcium defensiua Et hec tunica que dicitur cornea . est interiori scilicet sclirotice coniuncta et alium facit orbem Nam hec due tunice scilicet exterior cornea et interior scl. rotica vitrium humoreꝫ orbiculariter in se claudunt . vltimo autem in superficie oculi exterius ponitur coniunctiua que a ranee descendens non totum tegit oculum . Sed consistit in angulis oculorum eos scilicet ligans et retinens vt in debita maneant fixione Sequitur capittulum sextum . et cetera .

Caplm sextum de disposicione oculorum.

Ad oculum autem sic dispositum et perfecte organizatum . defertur spiritus visibilis per hunc modum . A prora enim id est ab interiori parte cerebri . exeunt duo nerui concaui qui dicuntur obtici qui in substancia cristallini humoris se infigunt hi duo neruī concaui transuersaliter per modum crucis infiguntur in oculis et termino siue puncto contactus coniunguntur et hoc ingeniose fecit natura vt altero clauso et impedito spiritus vitalis ad alterum se transferat et ibi perfectius suam compleat actionem . vnde tunc pupilla videndi actu confortatur propter virtutis visiue coadunacionem vt patet in sagittariis qui enim vno oculo clauso . directius iaculant et sagittant . Item ideo eciam pariter connectunt spiritus vitales vt scilicet ex mutua sustentacione efficiantur forciores . Item ideo eciam conueniunt in termino contactus . ne enim vnum duo videatur . quod etiam fieret . si vterque oculus proprium ydolum diuisum videret . Vnde oportet ꝙ virtus visiua continuetur ad vnum organum in quo fit vna virtus fontalis deriuata in pupillis sicut enim dicit auctor perspectiue vt patet in illis qui digitos oculis supponunt . in quibus vna depulsa pupilla . reliqua autem eleuatur

vnde

vnde et sp̄s visibilis diuiditur. et vna res duplex videtur et hec est causa
quia lumen ab vno oculo tendit sursum. et ab altero recedit retrorsum
vnde radius ab vtroqꝫ oculo exiens. tangens extrema rei medium inter
cidente aere non penetrat vnde quasi duo videt corpora. cum tñ ñ sit nisi
vnum. Non tamen omnis strabo videt sic q̃uis sint oculi inequales. qꝛ
radius piramidalis recta linea egreditur ad superficiem rei vise sicut sup̄
dictum est de sensu visus li. iiij. Oculus igitur bene dispositus consideratur
q̄ntum ad perfcām pcium suarum composicionem vt patet supra. Item
q̃tum ad situacionem. locum enim sibi vendicat superiorez. ꝑpter sue subti
litatis dignitatem et maximā quā habet cum anima vicinitatem vt dicit
ysid. et Aris. Item quantum ad quantitatis debitam ꝓporcionem. non ei
debet esse nimis prominens et erectus. qꝛ signat perturbacionem discreci
onis. nec nimis profundus. quia signat defectum materie et virtutis Me
diocris igitur est laudabilis Dicit tamen Aris. in li. xix. profundus visus
videt a remotis Nam motus anteq̃ꝫ exeat de organo visus non diuidit
neqꝫ consumitur. sed directe vadit radius visibilis ad res visas sicut sup̄
patet de visu Item consideratur quo ad motus diuersificacionem Nam
in motu debet esse mediocris quia si fuerit oculus nimis mobilis. signat
excessum caloris et pronosticat mentis instabilitatem et affectionuꝫ muta
bilitatem Nimis vero tardus motus. contrariam signat disposicionem
scilicet excessum frigiditatis et pertinaciam affectus et voluntatis Medio
critas igitur motus laudabilis est. quia signat facilem mentis apprehensi
onem et in apprehensis debitam fixionem Vnde dicit Aris. li. xij. Clausu
ra oculi debꝫ esse mediocriter festina quia si fuerit multe apercionis ⁊ pau
ce clausure et verecundia denotatur et stulticia sicut dicit li. i. Si vero fue
rit nimis tarda apercio. designat defectum virtutis et compactionem ma
terie in neruis. que actioni spiritus non obedit vt patet in litargicis Iteꝫ
considerantur oculi proprie quo ad sue actionis perfectionē scilicet si for
tis est apprehensionis et de facili sine reuerberacione iudicat de obiectis
bonam disposicionem significat vt patet in oculis aquilinis qui solem in
sua rota apprehendunt Actio autem oculi consideratur ſm acutum et ob
tusum Nam cuius visus subtilis fuerit et multus remota et propinqua ap
prehendit. quia multus videt remota. quia vero subtilis est discernit ipsa
visa Oculus euim parui visus sicut dicit Aris. li. xix. non enim bene videbit
a remotis. spiritus vero grossus et multus remota videt quia multus Sꝫ
non perfecte quia grossus. paucus vero subtilis videt prope et perfecte ſꝫ
non videt a longe. propter spiritus visibilis paucitatem quia cum videt
perfecte videt propter eius subtilitatem. Paucus vero et grossus non
videt longe et hoc propter sui paucitatem. neque eciam videt perfecte
propter.

propter sui grossitudinem. Secundum vero ꝙ quis habet spiritum visibilẽ magis grossum et turbidum. tanto difficilior est et debiliorem habet actum videndi Item consideratur oculus ẜm coloris variacionem quia ẜm Aris. li. xix. oculi in principio generacionis habent viridem colorem deinꝺ mutantur in nigredinem vel glaucitatem vel quemcũqꝫ medium colorem eis condecentem Nam si fuerit humor multus et spiritus visibilis paucus in aliquo accidente perturbatus. color niger in eo fortificatur Si vero sit erit humor paucus et spiritus visibilis debilis. erit color glaucus Nam sicut dicit Aris. glaucitas q̄dẽ oculoꝝ motꝰ debilitatis ẽ Si aũt fuerit hũor mediocris et spiritus fuerit tempatus ex causis conuenientibus ad albedinẽ et nigredinem. color erit varius Oculi igitur si fuerint nigri de die eruntvisus acuti. ꝓpter luminis et humoris in organo visus aggregacionem. de nocte vero erunt obtusi. et lumen noctis est debile et humor nocturnus naturaliter est grauioris motus vt dicit Aris. Oculus vero glaucus econtrario de die debilis est. de nocte vero fortis quia cum materia glaucitatis ex se sit lucida adiuncta luci diurne multũ disgregat et ideo in actum vidẽdi manente luce sp̃s visibilis debilitatur. de nocte vero spiritu visibili in oculo coadunato. claritate intra hũorẽ paucum contenta nondum recedẽte permanet in oculo potencia videndi et inter obscura aliqualiter iudicandi vt patet in murelegis Item consideratur per parcium circumstancium disposicionem. sicut ex ciliis et superciliis. qꝛ si fuerint scꝫ cilia cooptoria intus carnosa et humore superfluo repleta visum impediunt. qꝛ huiusmodi cilia aerem grossum ꝓpter paruitatem sui motus non intercidunt. dicitur eciã li. i. si lacrimale quod sequitur ad angulũ oculi fuit multe carnositatis sicut accidit oculis milui signatur astucia et formacio mala Alias ꝓprietates oculi. quere supra in tractatu de sensu visus Et hec de oculi composicione et effectu dicta sufficiant.

Capl'm septimum de pupilla.

Pupilla ẜm ysid. li. xii. c. ii. est medius punctus oculi vbi est vis videndi in qua. qꝛ pue ymagines videntur pupilla appellatur. paruuli enim pupilli appellantur Vocatur aũt pupilla eo ꝙ pura sit et ĩpolluta vt puella. dicunt autem phisici easdem pupillas quas videmus in oculis per eduũ morituros non habere q̃bus nõ visis certa desperacio est Hꝫ aũt circa se quendam circulum q̃ corona dicitur. q̃ discreto nigredine albe ꝑtes oculi. a pupilla sepantur Hec corona rotũditate sui ornat anibitum pupille et in ipsa consistit maxima oculi pulchritudo Huc usqꝫ ysid. Sicut aũt dicit haly pupilla est in q̃ formant ymagines eoꝝ que videntur in oculo Omnia aũt que sũt in oc'lo ex tunicis et hũoribꝰ

aut sunt

aut sunt iuuancia pupillam aut ei seruiencia et ideo sedet in medio omniũ vt regina ¶Parua siquidem est pupilla in quantitate maxima tamen est inter omnia membra in virtute et ideo maxima .sicut et minima comprehendit interius a spiritu et cerebro veniente .exterius vero a lumine immutatꝰ Unde mediante luce.rei obiecte speciem in se recipit et receptuꝫ anime iudicio transmittit Nam a singulis partibus rei vise confluunt linee que faciunt piramidem .cuius conus est pupilla et basis in re visa sicut supra de visu est ostensum . Quere ibi. Hec pupilla omnium colorum et figurarum rerum superficiem exprimencium est distinctiua et diiudicatiua In mediis coloribus et figuris siue formis delectatur. Corrumpitur autem in extremis aut saltem propter disconueniencia͡ȝ contristatur vt dicit philosophꝰ Item omnia que extra ipsam sibi sunt obiecta videt et diiudicat . seipsam autem nunq̄ȝ videt per lineas super quas venit species rei vise ad visum Sed quando se videt .hoc accidit per radiorum reflexionem . scilicet quã do primo multiplicatur species rei a se vise ad speculum et a speculo fit reflexio ad visum sicut dicit auctor perspectiue Et ideo forsan spiritus visibilis in aspectu speculi delectatur quia per radiorum reflexionem quasi in se reuersus fortificatur et quodammodo roboratur . Item pupilla omnia sub angulo comprehendit .quia siue radii a pupilla exeant ad rem visam siue a re visa ad pupillam redeant . semper in pupille medio siue centro tã q̄ȝ in cono angulariter vniuntur .Nam angulus duarum linearum alteriꝰ est contactus .et ideo quia omnes linee per quas formatur visus vniuntꝰ et quasi angulantur in pupille cono .et ideo bene et proprie dicitur a pho ꝙ oculus omnia videt sub angulo ¶Item inter omnes partes corporis est maxime sensibilis et propter nobilitatem sue complexionis maxime est passibilis Et ideo citissime leditur .sed difficilime reparatur Et ideo dedit ei natura defendendi tunicas et coopertoria vt sic resistat facilius carnis interius vel exterius inferentibus lesionem De his auteȝ oculi et pupille passionibus .quere infra in tractatu speciali li.vi.

¶Capitulum octauum.de ciliis.

Cilia sunt oculorum tegmina a celando sic dicta . eo. quod oculos tegant et celent tuta custodia.vt dicit ysid.li.xi.ca.ii. Sunt autem cilia in substancia neruosa et tenua popter facilitatẽ motus quia suo motu continuo aerem intercidunt et sic a lesione aeris exterius custodiunt oculos et defendunt Hec cilia palpebre dicuntur quia palpitando semper mouentur.assidue enim adinuicem concurruntvt assiduo motu reficiant obtuitum vt dicit Constan.et ysid.sunt minute palpebre villis pilorum vt apertis oculis si quid autem inciderit vel eciam oc

currerit

currerit repellatur et inuolutis ipsis securius et quiecius dormiatur Item vt aerem mediocriter intercidendo viuificent et sic visum serenum custodiant et conseruent. huiusqꝫ ysi͡d.ca.ij.supra dicto. ꝑm constan ãt palpebre hn̄t pilos nō omnino rectos sed in extremitatibus mediocriter reflexos et ꝑ ingeminata est natura vt abilius se claudent et forcius si quod impedimētum occurreret ei efficacius obuiarent Item hec cilia in crescendo determinatam habent quantitatem a natura. et ideo eorum pili non se extendunt nec crescunt vt capilli sed determinatā porcionē hn̄t Et ideo ꝑm constan. palpebre non sunt molles nec porose sed pocius durevt pili crescentes sint duri et reflexi et non minus in crescendo se extendunt sicut herba crescens in terra dura modica fit et erecta et non illa que in terra molli Has palpebras et cilia fecit natura vt essent corpori ornamenta et oculis iuuamenta Unde dicit Aris.li.xij. ꝙ omne animal generans soluꝫ habet pilos in palpebris et omne animal quadrupes claudit oculum per palpebram superiorem Auis autem habet loco palpebre quoddam coopertoriuꝫ ad custodiam sensus visus et claudit oculum per telam quandam appropriatā extremitatib' oculoꝝ et quia natura oculi est aquea et humida et indiget tali custodia Item omnis auis claudit oculum palpebra inferiori Itē omne animal carens palpebris est debilis visus vt patet in piscibus lepo ribus et huiusmodi vt dicit Aris.libro quarto et cetera.

Capitulum nonum. De superciliorum proprietatibus.

Supercilia sunt dcā eo ꝙ ciliis sunt supposita q̄ ideo piloꝝ multitudine sunt vestita vt sint oculis iuuamenta ad depellendū humorem vel sudorē de capite influentem Intercilium vo est illd medium spaciū qd est inter supcilia sine pilis vt dicit ysi.li.xi.sūt aūt supcilia cilioꝝ iuuamenta ꝑm cst.ne qd nociuū extrinsec' adueniat ꝓhibēcia sunt et honestancia qꝛ nullus sine coꝝ presencia decoraē Hn̄t āt supcilia q̄ndam vim latentem passionem anime indicatiuā ꝑm aris. qꝛ cū fuerint supercilia recta sicut linee pretendunt femineam mollicie vel anime leuitatē Item supcilia dimissa et nimis ꝓssa vel depressa signant inuidū sicut dicit. Aris.li.i. Item supercilia eleuata et in pilis spissa animositatē pretendūt depauperata vero a pilis et oblonga timiditatem Item si fuerint spissa ꝛ lōgi pili visum quodammodo obumbratiua excessum caloris signant Item si fuerint multe carnis et pauce pilositatis sensum duruꝫ signant et obtusū et frigiditatem in membris principalibus dominantem Item si fuerint pilis spoliata. aut interiorem signant sanguinis corrupcionem vt patet in leprosis aut naturalis humoris cōsumpcionē vt in ethicis et similibus. aut meatum et viarum humorem opilacionem vt patet in castratis Et dicunē
crescere.

crescere contra senectutem intantum quod visum impediunt nisi rescindantur vt dicit Aris.li.iij. Item dicit idem li.iij. in frequentantibus coitum nimis cadunt pili superciliorum vel albescunt. quod quidem accidit propter humiditatis consumpcionem et propter defectum virtutis et propter frigiditatis cerebri augmentacionem. nam nimia siccitas caluiciem generat. superhumidans vero frigiditas caniciem introducit sicut supradictum est.

Capitulum decimum. de fronte.

Frons ab oculorum foraminibus est nominata vt dicit ysi. hec ei quandam animi ymaginacionem. et iniciu mentis sua species exprimit, dum leta vel tristis est. Secundum autem veritatem essencialem frons est vt dicit constan. os semiculare nec multum durum nec multum molle quod ideo fuit necessarium vt esset temperatum ne lederetur vicinitas oculorum. pelle autem extrinseca tuta est ad sui defensionem ad aliorum organorum sensibilium continuacionem et ad tocius capitis decoracionem. tocius enim animalis virtuositas potissime in fronte lucet. frons enim vt dicit phus sedes est verecundie et honoris. et hoc quidem est propter vicinitatem ymaginatiue virtutis. eius virtute tristicia vel decencia leta vel indecencia racionis iudicio subito deferuntur vbi vtique discernunt. Frons itaque omnium neruorum a cerebro descendencium ad sensum perficiendum quodammodo turris est et defensaculum infra cuius concauitatem descendunt nerui ad omnia instrumenta sensuum inferiorum quorum ministerio de omnibus obiectis sensuum apud racionis domicilium fit iudicium. Unde secundum Gre. frons est dignissima pars capitis exterioris vbi imprimitur caracteris signum scilicet signum iusticie et salutis vt signaculum crucis quod quondam tamen erat supplicium modo locum habet in frontibus imperatorum. Frons igitur bene disposita omnia predicta manifestat sed si fuerit a mediocritate degenerans alia secundum phum pronosticat et figurat. Dicit enim Aris.li.i. quando frons si fuerit magna signat ponderositatem declinantem ad stulticiam. et quando fit inter mediocritatem parua signat bonitatem virtutis. Sed quando nimis eleuatur et quasi in superficie rotundatur excessum signat corruptele et tales sepe depositi sunt accolicas passiones sicut ad frenesim et furorem. frons autem respectu aliorum membrorum faciei modice est carnositatis et pinguedinis. cuius causa est secundum haly et Aristo. quia carnositatis et pinguedinis superfluitas impedit intellectum. Et ideo nimia carnositas in fronte cum quadam relucencia et extensione cutis signum est corrupcionis. vt patet hoc in leprosis. Item nimia frontis attenuacio et superficialis pellis corrugacio interiorem designat cerebri defectum et humoris subtilis finalem consumpcionem vt patet in antiquis senio vel

morbo

morbo longissimo tempore inanitis.

Capitulum vndecimum. de timpibus

Tympus vel tympa dicuntur illa capitis membra ad dextrā sini
strāqꝫ capitis adiacencia que sic dicunt̃ qꝛ sui mobilitate ꝯtinu
a q̃si interuallis tpm imutant̃ vt dicit ysi. li. xi. c. ij. Sūt āt tym
pa ꝓm ꝯst. ossa vtrimqꝫ posita. in laterib⁹ ocl'oꝝ ꝯstituta q̄ q̃rē
aliquantulū sunt mollia et neruosa et hoc fuit necessariū ꝓpt̃ sensū et motū
oculoꝝ ꝑficiendū Nā ꝑ timpa ad instrā sensuū, mediantibus neruis spūs a
nimalis defert̃ et ꝑ eadē ꝫ anathoiā spūs vitalis ꝑ q̄sdā arterias. a cord
ad cerebꝝ demandat̃ Unde ꝓpt̃ neruoꝝ sensibiliū et ꝓpt̃ arteriaꝝ venaꝝ
pulsatiliū in loco timpoꝝ colliganciā. timpa sunt passibilia et faciliora ad
lesionē. vn̄ aial ꝑcussū in loco timporū de facili morit̃. qꝛ sicut dicit Aris. li.
xix. percussio q̄ cadit sup ossa timpoꝝ mortal' est qꝛ si in eis ꝯtingit vuln⁹ a
nimal ꝑiclitat̃ Et hoc accidit qꝛ hūoꝛ q̄ ē in timpib⁹ cito ecit ꝓpt̃ tenuitatē
ossiū. et timpa cici⁹ canescūt ꝓpt̃ hūoꝛis paucitatē et siccitatē in eis ꝯñātē
et ꝓpt̃ ꝯuertibilitatē ad naturā frigiditatis Itē timpa interi⁹ villosa sūt a
liq̄ntulū vn̄ hūoꝛē a cerebro venientē recipiūt et sōnū ocul' inducūt Et si il
li villi fuerint ꝯpssi per eliq̄cōm contenti humoris oculos lacrimare faciūt

Capitulum duodecimum. de auribus.

Auris est instrm̄ audit⁹ et est dicta auris a vocib⁹ hauriēdis aut
qꝛ greci ipsam vocem audesidem vocant. vn̄ dicuntur aures q̄
si audes. vox enim repercussa per earum āfractus sonum facit.
quo sensū excipiūt audiendi Summa auris ꝑticula dicit̃ pinula
pinū ei antiqui acutū vocant hec ysi. ē āt auris ꝓp̄e quedā sba cartillagie
a q̄ duab⁹ cāis fuit necessaria defendūt eñ ne q̄d nociuū in auditū cadat
sicut oculos defendunt cilia p̄terea auditū adiuuant Nā vox ꝑcussi aeris
cū venerit ad cartillaginē ibi fortit̃ coadunat̃. vn̄ intrat foraminaq̄ sūt au
dit⁹ ꝓp̄a instrā Sūt āt hec foramina in petroso osse ꝯstituta. in q̄b⁹ nerui
ꝯñdentes a cēbro sunt infixi sensū et motū aurib⁹ deferētes et imitacōꝫ vo
cis in foramib⁹ receptā iudicio aie deferētes et sūt hec foramina sic̃ torcu
lar trāsuersa et hoc ne frigid⁹ aer nimis cito intret et interiores pāniculos
siue neruos ledat et ne aliq̄d nociuū incidat ꝙ audit⁹ ipediat instrm̄ vt dr̄
in pā. li. iiij. c. xv. patit̃ auris multiplr̄. qꝛ aliq̄n ex aposteāte in aure exñte vn̄
et sanies egredit̃ ab aure Itē ex v'mib⁹ foramē ab extn̄seco intrātib⁹ vel ex
put̃d hūoꝛib⁹ itn̄sec⁹ nascētib⁹ q̄ꝝ signū ē pꝛurigo itra auriculas ⁊ titillacō
et sentit̃ eoꝝ mocio Itē ex supflua carne atqꝫ v'ruca patit̃ auricl'a q̄n mali
hūores in ea adunāt̃ Itē patit̃ ex mala dispōe nerui aurē ingredietl. sicut

patet

pꝫ in sonitu tinnitu et h'mōi q̄ ꝯtingūt ex ventositate in panniculis cereƀ se claudente in pte nerui auricularis Jtē patit̄ ex grosƀ hūoꝛib'illic se mo uentib'et tunc sentit̄ grauitas capit.cū sonitu et tinitu Jtē deficit audit' ex defcū virtutis audibilis vel ex contractione nerui sensibil̄ sicut in senib' ꝯtingē ꝯsueuit Jtē aliqñ fit surditas cū puer pꝛocreat̄ i vt̄o qñ nat̄a neg ligit instrm̄ audit' pforare et hoc ē ꝓpt̄ sui defectōꝫ vel ꝓpt̄ materiā quā in uēit sibi nat̄a inobedietē Jtē patit̄ ex acuta egritudīe cū colici hūoꝛes a cēbꝛ ascendentes auditū impediūt hos adiuuat si p digōꝫ col̄a purget̄. vñ dꝛ in āpho.surd̄ si solocol̄ica supuenerit surditatē tollit hucuꝫ ꝯst. Jtē dicit arist.li.xij.instrm̄ audit' plenū ē spū nat̄ali qꝛ sicut sp̄s nat̄alit̄ facit in venis motū pulsatilē.sic in aure facit v̄tutē audit' et ꝓpt̄ hoc ad discūt̄res p sensū audit' Et dꝛ ibi ꝙ creacio auriū fuit māifesta tela et ꝯtinēs fuit te nuis ꝛ hoc ꝓpt̄ s̄btilitatē audit' ip̄i' Debilitat̄ āt audit' tꝑib' hūioꝛ ꝯplex iōis et p̄cipue in frequēt̄ coeūtib' et ħ ꝓpt̄ pt̄bacōꝫ spūū q̄ pficiūt auditū Nā vt dicit idē Arist.frequēs nimis coit' coꝛpi et coꝛdi nocꝫ idē dic̄ haly Jtē ƀm arist.li.xij.in rōli aiāli aures ponūt̄ nat̄alit̄ in medio capitis rotū di qꝛ auris nō in vna pte rcē ħ poci' vndiꝫ vocū et sonoꝝ drās ꝯphēdit. in aialib' vero q̄drupedib' q̄ caput hñt inclinatū ad t̄rā et ñ sūt eleuati coꝛ pis sūt aures in supioꝛi pte capitis vt pꝫ in bob' asinis et eq̄s et mot' au riculaꝝ h'mōi aiāliū sunt multi ꝓpt̄ eleuacōnes sui loci et qꝛ multū moueāt̄ in ptes diuersas.recipiūt sonū repcussione multa Jtē idē Arist.ibidē nullū animal ouās hꝫ auriculas expssas.nihilominꝰ tñ hñt talia animalia q̄sdā vias occultas et et̄ volatilia carent aurib' ext̄ioꝛib' hñt tñ foꝛamē mediū ꝛ viā aptā p quā audit' pfcissime celebrat̄ Jtē hō int̄ ōnia animalia hꝫ au res mi' mobiles et et̄ ƀꝫ dimsionē sit' breuioꝛes ħ ad audiēdū maxie sūt ef ficaces vt dꝛ li.ꝯ.et ħ ē ꝓpt̄ bōitatē ꝯplexiōis vñ qñ nimis ē excess'in auri b' hōis in magnitudine alijs signis ꝯcurrētib' signum est stoliditatis et tar ditatis intellectus vt dicit Arist.

Capitulum decimumtercium.de naso

Nasꝰ ē instrm̄ olfc̄s ƀꝫ ysi.a narib' āt dꝛ nas' Nares āt iō sic vocā t̄ qꝛ p eas odoꝛifera et spūalia q̄si odoꝛemur et int̄ fetidꝰ odo riferꝝ discernam' vñ qꝛ odoꝛifera nobis p eas manāt nares di cūt̄ sic̄ p ꝯtrariū insciJ et rudes ac inexpti ignari.q.sine naēdci Nas' āt duo hꝫ foꝛamina ƀm ꝯst.q̄ p q̄ndā s̄bam cartillaginosā adinuicē sūt distincta Et hoꝝ foraminū vnū ad ꝯcauitatē palati tēdit.alteꝝ supi' ad pelliculas cerebri vadit vt aerē attrahat cerebro et deferat ip̄is nari b' sp̄m animalē et ad sensū odoꝛat' pficiend̄ adducat.pmū foꝛamē fuit ne cessariū ad ejiciendas superfluitates a cerebro venientes aliud ad sp̄m at

trahendum

trahendū et odoratū pficiendū Sūt tñ ꝓpria instrā odorat⁹ due carūcle q̄ dependent a narib⁹ pmodum mamillaꝝ que primo aerem attractū in se recipiunt. deinde ad interiorē ptem cerebri transmittunt Istis āt carūcul. subseruiunt nares exteriores aerem scȝ attrahendo. et intra se includendo et subtiliando vt tāto facilius et pfecti⁹ immutet̄ in organis odorat⁹. ner uus enim a cerebro veniens. illa duo verba nasi subintrat ꝛ eis animalem spm administrat vt dicit ɔst. fumus igit̄ mediāte aere p nasū attract⁹ spui animali se associat. qui immutatus illam immutacionem in cerebro anime iudicio repñtat Nasus igit̄ ḃm ɔst. fuit necessari⁹ ad aerēȝ tēpate attrahē dum ad cerebꝝ p sua emunctoria expurgandum. ad calorē innatū in vēt culis cerebri temperandū necnon et discernendum fumū a q̄cumqȝ ſba re solutū redolentē suauiter ac fetentē Et ideo ḃm Aris. li. xij. sensus olfcs ē di uisus sicut sensus auditus et ita non esset nisi faceret opus ꝓporcionatum et sensus olfactus non esset nisi ꝓpter attractionem aeris in animali habē te nasum Et hoc membrum scȝ nasus in medio est scȝ anteriori pte capitis Et ꝓpt̄ hoc posuit natura nasuȝ in medio tū̄ instrōꝝ sensibiliū q̄si trutinā positā ꝓpter motū anhelitus aliȷ̄s sensibus necessariū Recollige igit̄ breui t̄ ex predictis ꝙ nasus est membꝝ siue organū officiale aeris attractiuūꝛ emissiuū inter odores discretiuū grossaꝝ supfluitatū cerebri purgatiuum spūi animali ministratiuū p attractionē aeris pulmōis dilatiuū et ɔstricti uum Et ideo ḃm ɔst. nares posite sunt ex transuerso et non ex opposito pul moni vt si frigidus aer q̄nq̄ȝ subeat pulmonem subito non ledat si quid cū aere sicut puluis vel quodcumqȝ aliud intrauit pulmoni obesse non possit Est eciā nas⁹ ut dicit Gal. sup cantica facieimaximū ornamētū ita ꝙ ei⁹ ca rencia tota facies residua dehonestatur Debet autem disposicio nasi esse mediocris ita ꝙ in longitudine. latitudine. altitudine modum debituȝ nō excedat Nam si nares fuerint nimis tenues vel late multi aeris attractaci one ferocitatem animi pretendunt et mentem indignantem Ex disposicōi bus enim membrorum corporis sumuntur pronostica iudicia de affectioni bus mentis sicut dr̄ in pncipio phisonomie Nam accidencia mentis sepe i mutantur ḃm accidencia corporis sicut vinum album ex vitro rubeo q̄n in funditur. colorem contrahit et ruborem Et ideo mediocritas disposicōis. mediocritatem designat bonitatis sicut dicit in li. suo in principio Impedi tur autem nasus in suo effectu sicut dicit Ga. super ꝓnostica ibi. Nares a cuti oculi concaui ꝛc. propter vehemenciam caloris humiditatem consumē tis vnde et acuūtur nares et profundantur oculi in acutis et est signū mor tis. et accidit idem naribus sicut dicit Ga. quando calor naturalis est de bilis qui non potest se expandere ad extrema et ideo consequitur ꝙ spiri tus et sanguis non concurrunt ad extrema Et ideo propter frigiditatem

mortificantem

mortificantem constringuntur membra et cor alteratur et accidit acumē narium quod est signum pessimum et mortiferum in pacientibus acutam. Item impeditur nasus vt dicit ar.li ix.c.xv.aliquando ex mala cerebri dispo sicione .aliquando ex nerui odorabilis opilacione. aliquando ex humorum fetidorum et corruptorum humorum in carunculis nariuꝫ replecione.quādoqꝫ ex carnis superflue corrupte in foraminibus nasi generacione vt patꝫ in poliposis et leprosis et hec lesio non solum ledit olfactum.verum eciam facit minoracionem vocis Aliquando patitur ex nimio fluxu humoris in ventriculis cerebri defluentis et hoc vel ex caloris dissolucione.vel ex frigiditatis nimia constrictōe sicut patꝫ sepius in catarro Aliqñ ex nimia replecione et acumine venarum sanguis tñ fluxus maxime p nares in multis egritudinibus causa est dissolucionis morbi et certū iudiciū dualescente q salutis vt patet in acutis febribus que per fluxum sanguinis sepiūs termināt Et in amphorum.dicitur Mulieri deficientibus menstruis sanguinem ex naribus fluere est bonum.

Capittulum decimumquartum. de genis.

Gene sunt inferiores oculorum ptes vnde barbe inchoantur vt dicit ysi.li.xi.c.ii.Genos enim grece barba dicitur Sedem enim p tes dicuntur maxille que per diminucionem a malis sunt dicte. male autem sic eminentes dicuntur oculi ptes ad eorum ptractacionem supposite.vocate autem sunt male siue q in rotunditatem prominēt intra oculos quā greci mala appellant.siue q sunt supra maxillas.vnde et a malis diminutiue dicunt maxille.sicut a palo paxillus vt dicit ysi.Sunt āt maxille siue gene bm ar.ex neruis et ossib⁹interi⁹ opposite q harum ossa cū neo cerebro sunt diūcta Que ideo de varijs et multis frustulis composita sunt.ne alia lederent si vnuꝫ aliquid pateret Exterius āt sunt calide et carnose vt frigiditatem ossium et cartillaginū aurium et nariuꝫ temperarent et vt organis sensibus sibi vndiqꝫ adiacentibus suo calore fomentū admi nistrarent Et ideo maxille oculis supponuntur ad eorum protectionē In medio sensuū sunt posite.propter nutrimenti administracōꝫ calide sunt et neruose propter frigiditatis instrumentorum sensuū mitigacōꝫ. Candide sunt rubicunde. ꝓpter ornatum faciei et vultus composicionem Maxima enim pulchritudo hominis resultat in genis et maxillis maxime sicut dicit ar. maxille potissime hominis ostenduntcomplexiones.que si fuerint multum rubicunde mixte cuꝫ temperata albedine et in substancia non nimis crasse sed mediocriter carnose.calidam et humidam pretendunt complexionem et ipsius temperamentum Si vero fuerint in colore albide sine alicuius rubedinis admixtione et in substancia pingues et molles et fluxide frigidita

tis et

tis et humiditatis ostendunt excessum Si vero fusce in colore aut cetne. in
ssa autem tenues et macilente dominium designāt siccitatis nimie et calo
ris vt patet in colericis Si vero fuerint quasi liuide in colore et in substan
cia a carnibus depauperate excessum signant frigiditatis et siccitatis sic i
melancolicis videri potest. nec solum declaret complexionum diuersitatẽ
verumeciam animi et affectionum notificant qualitatem Nam s͡m animi
affectōs. ex subito tiore vel gaudio pallescũt vel rubescũt subito vt dic̄ p̄st.

Capitulum decimumquintum. de barba.

Barba vt dicit p̄st faciei viri est ornamentum vnde apparēs. et
cooperiens maxillas in vna parte est ad ornamētum in alia ad
maxillarum adiutorium et iuuamentum siue famulatum. Nam
sua villositate neruos maxillares tuetur a nimia aeris frigidita
te et ideo maxillarum est necessarium tegimentum Barba vigoris et calo
ris naturalis ē indiciũ Et hec est causa quare vir et non mulier barbescit
q2 masculi feminis naturaliter sunt calidiores. et ideo in maribus fumus q̄
pilorum est materia magis augmentatur. quem q2 natura non sufficiebat
consumere expulit per duo loca sc3 per caput et per barbam. vnde accidit
aliquando in mulieribus calide et humide complexionis q̄ videntur bar
bescere Et econtrario fit in masculis frigidis et siccis q̄ barbescunt parũ
vnde et in eunuchis non crescit barba q2 perdiderũt illa membra calidiora
q̄ calidi humoris et fumi qui pilorum est materia sunt generatiua Ex quo
patet q̄ barbe spissitudo caloris et humoris substancialis ac vigoris ē in
dicium et differencie sexuum experimentum In pueris nō crescit barba q̄3
uis paruuli calidi sint et humidi. q2 fumosa superfluitasque pilo℞ et capil
lo℞ est materia. transit in augmentum et nutrimentum puero℞. Hucusq3
p̄st. s͡m vero Aris. li. xix. pili barbe sicut et capilli in sua disposicione repñtāt
qualitates vaporis. vel pinguis humoris ex quo generant̄ quoniam si fu
erit humor calidus fumosus et siccus. erunt pili barbe sicut capilli crispi re
flexi et inuoluti Et hoc accidit. q2 per duas vias vadunt cōtrarias. q2 ps
terrestris mouetur ad partes inferiores ꝛ calor mouetur ad ptes supiores
et sic inuoluuntur pili et erunt pili crispi propter debilitatem suam Et h̄ ac
cidit propter paucitatem humiditatis et multitudinem pti s terrestris. vñ
et intenso calore corrugantur et inuoluuntur Si vero fuerit vapor multo
humidus. erunt pili lenes et longi Nam humor decurrit lubrificando dũ
nec perueniat ad pilos et propter hoc pili et barbe eoru3 qui morantur in
francia sunt lenes Nam eorum complexio est humida et aer continēs eos
est humidus Econtrario accidit in hominibus cerebrum siccum habētib᷒
et habitantibus in regionibus calidis propter siccitatem aeris ↄtinentis

Item

Item idem alteratur color piloꝝ barbe ẜm etatis varietatez et ideo canes-
cit barba in senectute propter debilitatem caloris et abundanciam frigidi-
tatis. Defluunt autem quandoqz pili barbe propter caloris et humoris in-
tercepcionem vt in castratis. quandoqz ex corrupcione humoris vt patet
in leprosis. Nam sicut idem dicit Aris. Casus pilorum similis est fluxui fo-
lioꝝ arboꝝ et causa istius est diminucio humoris calidi et pinguis. Et ide-
o non fluunt folia arborum in quibus est hũor pinguis hucusqz Aris. li. xix.

Capitulum decimumsextum. de mandibulis.

Mandibule a manducando sunt dicte vt dicit ysi. li. xi. Mandibu-
larum autem quedam est superior in qua dentes superiores infi-
guntur. quedam inferior in q̃ dẽtes inferiores radicantur Et est
propriuz mandibule superioris. qꝫ in omni animali fixa est et im-
mobilis excepto centeaculo. i. cocodrillo qui mouet mandibulam superio-
rem contra naturam omnium animalium et fixam et immobilez tenet infe-
riorem vt dicit Aris. li. iij. Sunt autem mandibule ex diuersis et duris ossi-
bus composite. neruis et lacertis varijs connexe. Et hoc fuit necessarium
propter motus continuitatem. et apercionis clausure necessitatem vt dicit
cõst. Sunt enim quasi due mole continue ad conterenduz et molendũ cibũ
se mouentes vnde toti corpori nutrimentum mandibule subministrãt Mã-
dibule autem quibusdam ꝑticulis carnosis et neruosis que gingiue dicun-
tur circũdant vndiqz et velant et hoc ꝓpter forciorem dencium in maxillaꝝ
fundamentis radicacionem. et propter nutrimenti neruis dẽciũ administra-
cõm et frigiditatis dẽciũ moderacõm Et dicuntur gingiue vt dicit ysi. a
dentib' gignendis. qr in eis dentes gignũt et nutriũt Facte eñ sũt ad de-
corẽ dẽciũ pit et necessitatẽ. ne nudi horrori pociꝰ existerẽt qꝫ decori pelli-
cul labioꝝ circũdãt. qd fec nata vt tã dẽtes qꝫ maxillas ñ solũ intrinsecꝰ iuua-
rẽt. vez a lesiõe extrinseca defẽsarẽt. ꝯtigit gigiuas corrũpi i aĩalib' aliqñ ex
negligẽcia et qñqz ex putredis hũorib' inficiẽ corrũpi et tũc diuersas infe-
rũt molestias et passiones. vt fetorem dencium casum vel relaxacionem

Capitulum decimumseptimum. de labijs.

Labia ẜm ysi. a labendo sunt dicta qd autem superius est labiũ
dicitur quod vero inferius est labrum nuncupatur Sunt autez
labia necessaria ẜm cõst. quia dentes muniunt atqz tegunt Sunt
eciam neruosa et ex diuersis lacertis composita vt sic ad sensuz
et motum essent abiliora. Nam ad vocis formacionem necessario se aperi-
unt vel claudunt quia illis abscisis vel per aliam opilacionem vel ꝯtractio-
nẽ aliã impeditis. verba ꝑfecte non possunt formari. Itez labia mollia sũt
et carnosa.

et carnosa et propter hoc duriciei dencium temperamentum fuit necessari
um Dentes igitur et eorum nerui cum ex natura sint frigidi nimis lederēt
aeri frigido expositi si non labiorum regimine tuerentur Item labiorum ex
trema sunt rubicunda. quod accidit ꝫm cōst. propter cutis labiorum subtilita
tem que de facili a calore sāguineo recipit quodammodo roseā qualitatē
vnde rubedo labiorum signū est puritatis cōplexionalis ⁊ impermixtōis turba
ti sanguinis et interioris virtutis sicut econuerso labiorum liuiditas signū
est defectionis virtutis et caloris naturalis Item labia tenuia sunt in sub
stancia et subtilia vt sunt fluxibiliora ad motum et abiliora ad aerem im
mittendum et intercidendum ne subito attractibus interioribus sua frigi
ditate inferat lesionem. et ideo labia aeri frigido se opponunt et ipsum reci
piendo depuratum reddunt vt suauius et vtilius ad interiora attrahatur
hec omnia ꝫm cōst. Consimiles proprietates narrat Aris. li. xij. circa finem
vbi dicit Labia hominis mollia sunt et carnosa et separi possunt propter
salutem et custodiam dencium et vt conueniant ad exitum sermonis. vñ ⁊
labia duplicem habent vsum sicut et lingua cuius creacio est ad gustandū
humidum et ad sermonem proferendum sicut idem expresse dicit Aris. et iō
oportet ꝙ labia sint humida q̄r si creacio lingue non esset talis disposicio
nis et labia non posset lingua pertingere ad dicendos multos modos lit
terarum quoniam quedam ex eis dicuntur per percussionem lingue. et eci
am quedam per coniunctionem labiorum. et ideo necessaria fuit labiorum
creacio vt optima esset nature operacio. et propter hoc fuit caro hominis
valde mollis quoniam homo est boni sensus tactus scʒ et gustus magis q̄
alia animalia hec ōnia Aris. li. xij. recollige igit̄ q̄r labia sūt tegimina dēciū
custoditiua mollicie sua duriciei denciū tēperatiua vocis articulate et lr̄alis
formatiua aeris frigibilis vel calidi interceptiua sua rubicunditate vl̄ liui
ditate defectus vel vigoris designatiua virtutis interpretiue propria orga
na passionum anime scʒ odij et amicicie doloris vel tristicie expulsiua. vnde
dicitur ꝙ tremor labiorum in frenesi et acutis in orbis mortem pretendit.
vt dicitur in pronosticis Et hec de labijs sufficiant.

Capitulum decimumoctauum. de mento.

MEntum est dictum quasi mandibularum fundamentum eo ꝙ inde oriantur vt dicit ysi. menti autem vt dicit constan. duo sunt ossa et ipsa iuncta sunt in medio vbi dentes subtiliores firmantur quadruplici atqʒ pares horum ossiuʒ extremitas duas habet furculas vna est acuta cuius acumen quoddam ligamen inserit quod ligamen eciam a latere tymporum protenditur per quod etiam et bucca clauditur et etiam aperitur. Altera vero furcula grossa est et rotunda

cuius

cuius rotunditate mentu3 fit molle vt dicit ph'. qr hoc membrum fuit necessa rium propter originem mandibularum et dencium inferiorum radicacionez et propter voluntariam aeris clausuram et apcionem. fuit eciam conueniens propter faciei complexionem et perfectam ipsius vultus consummacionem quod si fuerit proporcionatum fronti totam honestat faciem et decorat hec omnia dicit ph'. In mento autem animalis maxima est fortitudo propter ossis duriciem et neruorum compaginacionem et propter fortem dencium radicacionem. et ideo bruta animalia se tangi per mentum de facili non permittunt nam mento confracto tota eorum ferositas quasi armis perditis eneruatur vt patet. i. Re. xvij. vbi dicitur Confregit dauid mentum vrsi et eruit ouem de ore eius &c. Hominis vero mentum pertractari amoris et fidei iudicium est. ij. Re. xvi. Tenuit ioab mentum amase quasi deosculans eum et cetera.

Capitulum decimumnonum. de ore.

Os est dictum ex eo quod per ipsum quasi per ostium cibos immittimus et spiritum foris ejicimus vel eo quasi de ostio sermones egrediuntur vt dicit ysi. os eciam vt dicit idem anime nuncius est qr illud quod ore exprimimus quod prius in mente concepimus Est autem os vt dicit Gre. multis circumspectum custodijs sc3 dentibus et labijs. vt tot internis medijs mens prius discernat quam proferat siue dicat vt prius verbum transeat per limam quam per linguam Fuit autem oris instrumentum necessarium secundum ph'. propter nutrimenti suscepcionem. nullum enim membrum in animali nutritur nisi prius nutrimentum in ore recipiatur. os enim primo cibum recipit et masticando et immutando aptum digestioni stomacho transmittit et propter hoc natura fecit os humidum intrinsecus vt cibi siccitas eius humiditate facilius immutetur Fecit eciam os neruosum vt sapo r ositas cibi facilius sentiretur durum ne cibi asperitate lederetur nec nimis factum durum est 3 mediocriter ne nimia duricia sensualitas gustus impediretur Concauum autem et rotundum fuit intrinsecus vt cibus assumptus hinc inde facilius moueretur et per dentes sine impedimento spiritus transduceretur Item necessarium est os propter aeris et spiritus attraccionem aer enim attractus per os in ipsius concauitate immutatur deputatur et subtiliatur et sic ad cordis refrigeracionem per canale pulmonis transmittatur sine cuius refrigerio cor pre nimio caloris incendio vreretur et destrueretur Item necessarium est propter vocis informacionem. ad hoc enim est palatum oris concauum vt plectrum lingue moueretur facilius et ad vocem formandam expedite eleuaretur et deprimeretur Item vtile est ad grossarum superfluitatum a cerebro et pulmone venientium crebram eiectionem quibus per ostium oris eiectis vitalis spiritus in corde et animalis in cerebro suas complet actiones expedicius. Item vtile est propter membrorum nutribilium a superfluis exoneracionem. quando ergo stomachus crudis humoribus oneratur natura per vim expulsiuam operante per oris autez officium expurgatur ¶ sicut

sicut dicit ɔst. et gal. super illud ampho. in vomitibus et purgacionibus q̄
sponte fiunt si qualia oportuit fiant conferunt et bene ferunt si vero nō cō
trariū nitit̃ āt os vt dicit ɔst. in viatico quando ex aliis membris sibi vici
nis infirmantib⁹ Patit̃ āt pustulas vlcera et h⁹modi ex corruptis humori
b⁹ aliunde ad buccam defluentibus. si rubeat ita ꝙ nigredini attineat et
caleat doleat aut ardeat materia sanguinea est et colerica. si vero multū
nigrescat tanto molestius est et timidi⁹ne ad forsā id est ad cancrū deue
niatur Accidunt autem vlcera in ore lactenciū paruulorum proueniencia
ex acumine lactis et ei⁹ corrupcōe hucusq̄ ɔst. in viatico perticula secunda

Capitulum vicesimū. de dentibus.

DEntes sm̄ grecos dicuntur edentes quasi omnia opposita diui
dentes et incidentes vt dicit ysi. Et sunt dentes sm̄ constan. q̄
dam plantaria in ossibus maxillarum et menti quibusdā radi
cibus inserti et sunt in maribus sm̄ ɔst. xxxii. xv enim in maxilla
ribus sunt positi quorū q̄tuor in anteriori parte pares vocātur et quadru
pli. et hi lati sunt et acuti incissores vel precissores a medicis nuncupant̃.
ad incisiones cuiuslibet cibi sunt apti et quicquid in eis accipitur in ore cō
teritur et mordetur Sunt iterum duo qui canini sunt dicti collaterales q̄
druples et in summitate acuti duris cibis tamen molendis apti Et dicun
tur sm̄ ysi. canini q2 ad similitudinem caninorum consistunt et canes ꝑ ip
sos ossa rodunt precissoribus enim dentibus sūt forciores acuciores et ro
tundiores. et ideo a quibusdam collum puelle vocantur et ꝙ priores pre
cidere non possunt istis tanq̄ forcioribus ad constringendum tradunt.
Sunt et x. alii ex vtraq̄ parte superioris mandibule quini collaterales q̄
drupli hi sunt lati atq̄ grossi hi molares sunt vocati et ad molendū et be
ne sunt apti. nam que conscisa et confracta sunt a prioribus more mole sb
eunt vt dicit ysi. Sunt quidem in superiori mandibula xvi. dentes scilicet
quatuor quadrupli atq̄ pares. et duo canini et nouem molares et totidē
eciam dentes numero collocantur in inferiori mandibula seu in mento. dē
tes igitur quantum ad suum numerum et eciā ad officium quadripharie
diuiduntur. quidam enim sunt incisiui et hi sunt quatuor. duo superiores ⁊
duo inferiores qui primo aspectui se offerunt. quidam vero sunt pares
et hi sūt q̄tuor. duo superiores et duo inferiores qui alterutrum iuxta inci
siuos positi mutuo se contingunt Quidā vero dicūt collaterales seu cani
ni et hi q̄tuor scz duo supiores et duo inferiores se mutuo collidētes. q̄dā
vero sunt molares ⁊ hi xx. scz. x. supi⁹ et totidē inferi⁹ mutuo se tangentes
et que ab aliis incoacta sunt quasi mole continue concidentes Hii omnes
sunt mandibulis radicati et quodammodo furcati. sed diuersimode.

quia

qr anteriores scz quadrupli et pares vnam habent furculam seu radicem. ca
nini vero molares tres vel quatuor habere dicuntur vt dicit ost. Denciū
quoqz numerum discernit qualitas sexuum nam inviris plures. in feminis
pauciores inueniuntur vt dicit ost. et ysi. Distinguunt et eciam dentes sm
processum etatis. qm sicut dicit Aris li. ij. q dentes senum generaliter sunt
nigri non acuti vt patet in canibus quorum etas per dentes noscitur. qa
dentes iuuenum sunt albi et acuti. senum vero econtrario Excipit tn Aris.
ibidem ab hac generalitate dentes equorum quos dicit habere propriuz q
procedente etate magis albescunt. dicitur eciam ibidem oportet vtiqz scire
q animalia que sunt multorum denciū et coniunctorum sunt vite lōgioris
q vero paucorum sunt denciū et sepatorum sūt vite breuioris Jtē dr ibidē oē
enī animal quadrupes generans animal sibi simile hz dentes Jtem hō eijcit
dentes in iuuentute anteriores non molares et hoc contingit forsan ppt
furcularum et radicum debilitatem. molares āt non eijcit ppt cām otrariaz
et est generale in alijs animalibꝰ q non eijciunt aliquē dentem pusqz alter
sibi similis in loco oriatur pmitꝰ Jtē Aris li. xij. oē animal carens dentibꝰ in
superiori mandibula est siccū et terestris nature. oē animal hñs dentes inv
traqz mandibula est pinguedini simile Jtem idem li. xiij. Natura non facit
aliquid nisi qd melius et perfectius est et ideo necesse est vt materia ptis t
restris declinet a quibusdam animalibus ad ptem superiorem scz in dētes
et culminos prominentes et in quibusdam in cornua Et propter hoc ñ pt
habere dentes in vtraqz mandibula animal hñs cornua Jtē ibidē li. xvi.
Solūmō inter alia ossa crescunt dentes dum remanet animal et hoc ē me
diuz in dentibus supercrescentibꝰ et declinantibꝰ a locis suis contingētibꝰ
se inuicem Et cā incrementi illorum est propter operacionem eorum Si enim ñ
crescerent consumerent cito et propter hoc teruntur cito dentes animaliū
omedenciū multū et carenciū dentibus magnis Et propter hoc ingenia
ta est natura et aggregauit dentes adinuicem propter senectutē et finez. a
liter si vita duraret per millenarium semper dētes plures essent qz in pma
creacione vnde dicit idem li. ij. dentes qui oriuntur intra gingiuam non o
riuntur in viris et mulieribus nisi post viginti annos et forte in quibusdā
mulieribus post lx. et origo eorum erit cum maximo dolore Jtem idem li.
xix. Dentes acuti oriuntur ante latos quoniam dentibus acutis indiget
ad abscisionem cibi prius. qr prius est abscidere qz molere. ideo eciam cici
us crescunt quia minores sunt quia origo minoris rei est ex calore ante ori
ginem rei maioris. Jtem calor eciam lactis facit oriri dentes cito et prop
ter hoc est q pueri lactentes lac calidius nascuntur in eis dentes cicius.
Jtem idem eciam ibidem Anteriores dentes nascuntur in osse tenui et eti
am debili propter hoc autem sunt velocis casus hucusque Aristotiles.

J Ad

Ad hec constan. in viatico pticula secunda Dencium magnuz est iuuamẽtum. et cum iuuamẽto magnum corporis ornamentum ipsorum inq̃ nõ paciencium. quoniam in pacientibus actio corrumpitur Quorum passio diuersa est Cuius diuersitatis pars est visui manifesta sicut putredines fetores. rupturee perforaciones. mociones casus. limositates et similia pars vero non apparens est et occulta. sicut quando dentes nimium dolent et tamen exterius sani apparent Causa autem talis doloris sunt humores a capite descendentes. vel a stomacho mediante fumositate ascendentes vel fumores acuti in gingiuis et tunc dolores nimij cum saltu et pulsu senciuntur propter maliciam humorum et acumen. Si vero dolor est a capite grauitas sentitur in capite et dolor. in facie rubor ex sanguine vel colera ad radices dencium descendente Si vero fuerit a stomacho. dolor sentit̃ in stomacho et assidua eructuacio egreditur et erumpit Dentes eciam aliquando perforantur. aliquando rumpuntur aliquando ex vermibus in citrinum viridem seu nigrum colorem mutantur. que omnia ex corruptis et pessimis humoribus. ex malis cibis per neruos ad ligamẽtum denciũz descendentibus accidere dinoscuntur Dentes eciam aliquando mouent̃ et causa motus humores sunt in denciuz radicibus. qz si sint acuti necesse est in dentibus foramina effici ac fetores et putredines generari. Qui si vermes fuerint in causa dolor maximus gignitur ad qz neruum sensibilez corrodendo penetrat Obstupescunt eciam dentes et exacerbantur ex humore acido intus. vel extra neruos inficiente. et dormitare vidẽtur ex cã nimis frigida sicut ex niue vel glacie neruos dencium constringente. Itẽ dentes quandoqz cadunt ex nimia humiditate ligamenta dencium relaxante quandoqz ex nimia siccitate. vt patet in senibus quorum dentes ꝓpter subtractionem humiditatis nutbulis dilabũtur Has et multas alias dencium recitat constan. passiones. sed hec sufficiant Recollige igitur ex p̄dictis ꝙ dentes in mandibulis tanq̃ in fundamẽtis proprijs radicantur ex frigiditate dominante albiores ceteris ossibus efficiuntur propter sui duriciam de facili non leduntur Substancia enim dencium est ex se impassibilis cum non sit sensibilis vt dicit constan. vnde dens ruptus nulluz dolorẽ patitur Dicitur tñ pati et dolere ꝓpter neruũ sensibilẽ qui in eius radicibus sepe leditur et grauat̃ Dentes enim intrinsecus neruis colligant̃ ẽminos carnis dẽtes excedũt et tñ in carne radicãt visi itra se nec in se eẽ paciũt̃ Clausi sũt labijs ne videãt̃ Indecẽs ẽ eñ cũ apparẽt nisi forsã ꝓpt risũ Itẽ superiores ad inferiores reuertuntur et sibiinuicẽ mutuo coaptãt̃ et si inferiores aliquando moueãt̃ Superiores tñ fixi immobiles reperiũtur Ordinate autem adinuicem componuntur. ad informacionem articulate vocis maxime cooperantur. toti corpori obsequuntur.

capitulum

Capitulum vicesimum primum. de lingua.

LIngua a lingēdo cibum est dicta . vel quia per eam articularis
sonus verba ligat. sicut enim plectrum cordi sic allidītur lingua
dentibus vt dicit ysi. Est autem lingua instrumentum gustus ⁊
locucionis vt dicit const. et componitur de substancia siue mol
li carne porosa et spongiosa et neruosa Est autem neruosa propter sensuz
et motum. porosa vt facilius sapor penetret ad neruum facientem gustum
ad quem veniunt multe vene sanguine plene. vnde rubicunda est in colore
Hec eadem operatur panniculus quibus spacium bucce et palatum indu
itur et vestitur a superiori parte patet tota. ab inferiori autem pte patz vs
q̄z ad ligamenta quibus merito est connexa vnde radices lingue et sensibi
lis nerui quibus recipit sensum et motum a spiritibus sunt occulti In q̄busi
dam autem hominibus vt dicit cst. contrahitur lingua plus q̄z oportet in
tantum ꝙ nec in diuersas partes mouetur vnde oz incidi ligamēta vt mo
tus per totum bucce spacium amplietur Passiones enim multe accidunt li
gue vt in suustancia ipsius vel in neruis ad illam venientibus vnde in via
tico cstan Lingua animalis perdit motum voluntarium Unde et visum
amittit sermouis cᵘ causa est ex defectu virtutis motiue ex cerebro veniēte
vel ex neruo opilato per quem virtus transit animalis Aliqñ ex apostema
te vel ex pusculis in lingua accidentibus Aliqñ sunt ꝓpria vicia in substan
cia lingue sicut complexio mala ex qua est sensibilis distemperancia ex ni
mio calore frigiditate vel humiditate vel siccitate vel apostema vel tūor ⁊
similia ꝙ si lingua videatur nimis tumida excessuz caloris designat Si ve
ro. alba frigiditatem. si mollis humiditatem. si sicca et aspera siccitatem et
ōnia talia lingue ipediunt vsū vel tollūt in toto vel in pte Si autez lingua
sana videatur nullas habens maculas . loquela tamen sit ablata . ex cere
bro est defectus vel ex neruis sensibus opilatis Aliquando est perdicio lo
quele ex perdita mente vt in frenesi vel litargia Hucusq̄z cst. in viatico. ali
as designat defectᵘ lingue in pantegñ. cst. vbi dicit. accidūt pustule late et
extēte in pelliculꝭ exterioribᵘ lingue sicut accidit pueris malum lac suggenti
bᵘ et sūt qñq̄z albi qñq̄z nigri coloris. accidit āt apostēa ligue. eā nis mag
nificās et ab ore exire faciēs et vocatꝭ exiliū lingue Aliud ē gēnᵘ apostema
tis lingue ē qđ rana vocatꝭ eo ꝙ sicꝭ rana nasciꝭ sub lingua et aufert vsū li
gue et ita rana muta đr ab effcū Est āt aliud apostēa lingue sanguinolen
tū vñ tota lingua patitur et loquela pariter cū gustu impediꝭ Ex viscosis
eñ humoribᵘ i ligua dominantibᵘ sensᵘ gustᵘ corrūpiꝭ et imutaꝭ ita ut dulci
a amara et insipida iudicentꝭ et cotrario vt dicit Ha . Itē dicit Ga. sup ā
phor. ꝙ accidit lingue balbucies ex nimia hūiditate qñ lacerti lingue pre

nimia

nimia humiditate in extremis nequeunt dilatari . sicut est videre in ebrio
sis qui balbuciunt quando in cerebro humore nimio perfundūtur Unde
dicit ibidem Gal. naturaliter autem balbucientes vel propter nimiam ce
rebri humiditatem balbuciunt vel propter lingue humectacionem vel ꝓpter
vtrumqʒ Illa eciam superflua humiditas est causa qualiter aliqui efficiun
tur drauli . qui aliquas litteras proferre non possunt scʒ r. p. n. k. c. p. t. pro
ferunt et hoc patet in infantibus qui multas litteras corrumpunt et eas
proferre non possūt Hec omnia dicit Gal. super illum amphor. ypodrau
li a diarria maxime capiuntur . quia nimia humiditas talium que est causa
draulizacionis redit ad stomachum et intestina sepe lubrificando inducit
diarriam vel dissenteriam id est fluxum ventris sicut dicit Gal. Item dicit
constan. in pantegñ. ꝙ in lateribus ligamentorum lingue sunt quedam ve
ne . que saliuam lingue administrant Hee ab inicio lingue incipiunt . a qui
bus emanat quedam humectacio fleumatica que saliua appellatur vnde il
le vene vocantur a medicis saliuales . siue habitacio saliualis Inicium au
tem lingue vnde exeunt he vene est caro glandulosa et alba ipsius saliue
generatiua que humectat linguam et temperat ciborum siccitatem et aug
mentat eorum succositatem vt post dicetur vnde dicit Aris. li. vi. ꝙ oues a
liquando habentes sub lingua venas albas et ille faciunt fetus albos et
alique habent nigras et ille faciunt fetus nigros . alie varias et ille procre
ant fetus varios &c. Recollige igitur breuiter ex iam dictis ꝙ lingua ē sb
stancia carnosa . sanguinea et porosa influencie spiritus receptiua in com
plexione calida et humida . in disposicione tenuis ⁊ oblonga anteriori par
te similis gladio in cono . in colore rubicunda . in loco concauo et humido
sita ad motum facilima . vocum informatiua . saporum discretiua . per emis
sionem saliue oris humectiua . concepcionum anime interpretatiua . denti
bus et labijs quasi muro duplici circumsepta In diuersis animalibus quo
ad figuram varia Nam in quibusdam breuis est et grossa . in quibusdam
vero econuerso Qui vero habent linguam grossiorem habent vocem gra
uiorem et econuerso Quedam eciam animalia habent linguas medicina
les et salutiferas . et hoc vel ex nature bonitate . vel ex occulta aliqua pro
prietate vt lingua canis vt dicit Cassiodorus. Quedam autem linguas
habent mortiferas propter maliciam et furiositatem humoris in eis do
minantis . sicut lingua serpentis draconis et rabidi canis cuius morsus ē
summe venenosus cuius lingua apparet semper extra os et distillat vene
num et inficit aquam in quam cadit . de qua qui biberit . efficitur rabios⁹
vt dicit Auicenna et Constantinus in tractatu de venenosis animalibus
et venenis Unde eciam serpentum lingue ꝼm Aris. nigre sunt siue liuide si
ue subrufe et maculose . acute et in motu velocissime Et hoc contingit ꝓpter
humorem

humorem furiosum et venenosum. qui tam velociter linguam agitat vt vnus numero bifurcari videatur lingua tamen aspidis quamuis in corpore viuens serpentis quamuis plena sit veneno mortifero. separata tamen a corpore et desiccata venenum perdit. et venenum si presens fuerit prodit vnde in presencia veneni sudore prorumpere consueuit vnde talis lingua veluti vtilis et proficua reputatur inter thesauros regios preciosa. quamuis prius fuerit venenosa et cetera.

Capitulum. xxij. de saliue proprietatibus.

Saliua est humor fleumaticus ex naturalibus venis lingue generatus vt dicit constan. Est autem saliua naturaliter humida in colore alba. continuitate motus lingue et instrumentorum spumalium spumosa in sapore insipida quia potencialiter est omnium saporum in se receptiua Si enim esset alicuius saporis determinati. non esset alterius susceptiua Est eciam secundum eundem constan. saliua inter gustum et eius obiectum media nichil enim sensu gustus percipitur nisi cuius sapor mediante saliua gustus organo presentatur Unde eciam ipsa secundum. qualitatem saporis rei gustate immutatur Fuit autem necessaria saliua vt dicit constan. ad humectacionem oris. vt saliue beneficio irrigaretur Item propter digestionis preparacionem Cibus enim siccus in ore assumptus. non vtiliter stomacho mitteretur nisi saliua media prius humectaretur. quia sine saliue adminiculo. res sicca non de facili transglutiretur Item vtilis est ad faciliorem superfluitatum cerebri et pulmonis euacuacionem quia tales emunctiones. calore vel frigore indurantur aut inuiscantur. quia non ita de facili per ostium oris extraherentur. nisi primo cum humoris saliualis adiutorio lubricando ad exitum pararentur Item saliua hominis habet quandam vim latentis infectionis. vnde et sanguinem animalis ledit si mediante aliquo vulnere aliquid sanguini admisceretur. vt dicunt predicti auctores in tractatu de venenis Et hoc forsitan est vt dicit A. racione cruditatis humor enim crudus sanguini perfecte digesto in suis qualitatibus repugnat et suum vt dicunt auctores perturbat temperamentum Hinc est eciam vt dicunt sancti et habetur a plinio quod saliua siue sputum hominis ieiuni interemit serpentes et venenosis animalibus est venenum sicut dicit Basilius super illud verbum in examerone Ip. conteret caput tuum et tu insi. calca. eius gen. iij. Item sicut dicit Hal. super amphor. ibi. insanici sputo fit phtisis. et fluxus et vbi saliua tenetur moriuntur etc. Phtisici propter vlcus pulmonis. semper tussiunt et a superfluitate saniei vlterius spuendo se exonerant prout possunt. sed tamen mors imminet quando non spuunt. quia retenta eius saliua cum sanie vie spiritus interius clauduntur et sic phtisici suffocati moriuntur Item sicut dicit Ga. in li. crib. Inter

sputum.

sputum et saliuam est differencia Nam saliua est superfluitas naturalis nutrimenti pectoris et generatur digesta. Sputum vero est illud quod ad pectus aduenit ꝑm diuersitatem cursus naturalis et cursus preter naturã. nec est semper digestum Et ideo sputum in acutis febribus et apostematibus si leuiter fiat cum signis digestionis et sine tussi laboriosa. fortitudinem signat virtutis et defectum morbi sicut dicitur in pronostica et econuerso Et ꝑm Ha. et alios commentatores ibidem In saliua siue in sputo considerantur tria generaliter Color scz odor et sapor Quia si sputum fuerit in colore liuidum. cordis et spumalium signat lesionem Si vero sanguineum cũ sanie admixta pulmonis designat alteracionem Si eciam fuerit in odore fetidum. interiorem signat corrupcionem Item si in sapore fuerit amarum aut acidum. humoris corrupti in stomacho et pulmone seu in substancia lingue signat dominacionem Item in sputis habũdare. signum est fleumatice complexionis. vnde et in senibus solent sputa habundare grossa et viscosa ꝑm intencionem frigiditatis et resolucionem vel dissolucionem humiditatis substancialis et cetera.

Capitulum vicesimumtercium. De voce.

Vox est aeris tenuissimus ictus. plectro lingue formatus vt dicit ysi. et ꝑscianus Organa aũt vocis siue instrumenta multa sunt vt dicit cõst. scz pulmo. arterie. guttur. vuulla. os. dentes. labia. atq; lingua Sine enim istorum instruumento vox non formatur Et horum quedam sunt vocis receptiua sicut pulmo cum suis receptaculis et canalibus Quedam vero sunt vocis ordinatiua sicut. vuulla que ꝑm cõst. pulchram reddit et fortem quando ad alia se habet proporcionaliter. Aerem enim introeuntem temperat et ne nimis impetuose exeat. cohibet et refrenat A recepcione eciam pulueris guttura et arterias prohibet et conseruat Quedaz enim sunt vocis emissiua vt canales pulmonis et arterie q̃ sũt q̃dã fistule. que si fuerint leues munde et temperate dulcem ac temperatã et equalem reddunt vocem Si vero aspere fuerint et plus debito fuerint late et stricte aut distorte. nimis grauem. vel exilem dissonam aut inequalẽ emittunt vocem Ad formacionem igitur vocis aer in folliculo pulmonis recipitur et per ordinatum arteriarum motum per os emittitur Unde ex veloci aeris commocione et organorum vocis extensione sonus reddit. q̃ in ore animalis prolatus et plectro lingue formatus. vox a sapientib' dicitur Hucusq; const. in pantegñ. vnde Aris. li. iiij. Pulmo est primum vocis receptaculum Et ideo omne animal carens pulmone caret et voce ac loquela Loqui enim est distinguere vocem Unde õne animal ñ habens linguã absolutam non habet vocem vt dicit idem. Apes. vel musce carent voce

faciunt

faciunt tamen crepitum in volando extendendo et contrahendo alas p aerem cadentem inter corpus et alas et sic faciũt locuste Et huius proba cio est q̄ nunq̄ faciunt sonum in sedendo. sed tantummodo in volãdo. ra na autem habet vocem propriam et anterius lingue sue applicatur ori suo et quod ex lingue vicinatur canne pulmonis absolutū est et propter hoc habet vocem ppa et est coax nec facit nisi in aqua tm̄ et proprio mascul⁹ tempore coitus quando clamat feminam per vocem cognitam Rana ve ro multiplicat vocem quando ponit mandibulam inferiorem in aquam et extendit superiorem et per extensionem duarum mandibularum vociferãt et propter nimium conatum extensionis lucent earum oculi sicut cãdele cã tant et vociferant plus de nocte q̄ de die quia tunc est sepius coitus earũ dem etc. Item ibidem aues parũi corporis plus vociferant et garriunt q̄ magni et maxime tempore coitus quoniam vociferacio auium est maxime in illo tempore Item idem gallus vociferat post bellum et victoriam Itẽ in auibus est q̄ masculus dat vocem et non femina sicut gallus. et mas coturnicum. loqui autem appropriatur homini. qui autē naturalit̄ sũt mu ti sunt surdi et habent vocem sed omnino indiffinitam vt dicit idem Item idem in codẽ libro. omnes femine sunt subtilioris vocis et acucioris q̄ mas culi preter vaccam quia vox femine est grossior. Item ibidem exitus sper matis est maribus apud alteracionem vocis et hec est in termino duorum septennium. aliquando mutatur tamen vox in quibusdam. et est significaci o motus ad luxuriam Item ibidẽ quando equi incipiunt coire erit eorum vox maior similiter femine. vox tamen femine clarior est. Item ibidem vo ces masculorum mutantur quando mutillantur Item dicitur li. viij. ff. vo ces omnium quadrupedium mutantur et efficiuntur sicut voces feminarum quando castrantur et li. xix. ff. dicitur de causa acuminis et alteracionis vo cis est s̄m alteracionem etatum quando vox iuuenum animalium est acuci or voce senum et mulierum q̄ virorum voces et omnium animalium sunt acuciores in iuuẽtute Item idem multe femine et multi iuuenum vociferãt voce acuta quoniam propter debilitatem mouent paucū aerem et quod est paucum mouetur velocius. et vox est velox acuta. grauitas autem vo cis sequitur tarditatem et aer m̄ltus mouetur tarde. mares autem et senes mouent multum aerem et ideo sunt grauioris vocis. neruos enim et arteri as habent forciores masculi q̄ femine et senes q̄ paruuli et non castrati q̄ castrati propter debilitatem ergo neruorum erunt voces castratorũ si miles vocibus feminarum. hucusq̄ Pris. Vox est equalis. clara. flexibilis inter acutum et graue mediocris est laudabilis sicut econuerso. vox tremu la rauca et aspera debilis et dissona nimis grauis vel acuta est vituperabi lis Nam vox vnita dissona et inordinalis multarum confundit vocum ar

moniam

moniam. Vox itaq3 consona dulcis et ordinata est letifica. amoris excitatiua. passionum anime expressiua. vigoris et virtutis organorum spiritualium protestatiua. puritatis et bone disposicionis earundem ostensiua. laboris subleuatiua. tedij seu fastidij ablatiua. etatis et sexus discretiua. preconij et laudis acquisitiua. affectionis audiencium mutatiua. sicut de orpheo dicitur in fabulis q vocis sue modulacione arbores et nemora montes et saxa demulcebat. ita est eciam vox composita nature consona et amica q non solum delectant homines verum eciam bruta animalia quod patz in bobus qui cantu bubulci dulci sono pocius q3 iaculo ad laborandum. volucres eciam in dulcis vocis modulo delectantur in tantumq sepe dulcem per sonum ad laqueos et pericula ab aucupe prouocantur. iuxta illud poeticum Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps Item per dulces et cantileñas et armonias et musicas infirmi et maniaci et frenetici ad sensum mentis et sanitatem corporis sepius reuocantur Unde dicit const in viatico pticula .ij. ca. de amore qui dicitur q hereos. sicut dicit Dicunt tamen q orpheus sic dixit Imperatores ad conuiuia me inuitant vt ex me se delectant. ego tamen delector ex ipsis cum quo vel in animos eorum flectere possim de ira ad mansuetudinem. de tristicia ad leticiam. de auaricia ad largitatem. de timore ad audaciam Hec est ordinacio musicorum que circa suauitatez anime esse dinoscitur et cetera. dulcisona et melodia demones aliquando coartantur et exire de corporibus compelluntur vt patet in saule a quo spiritus malus voce dauitica recedere cogebatur. vt patet secundo Reg. decimoseptimo Ex quibus omnibus iam patet q3 vtilis sit iocunda vox atq3 dulcis Econtrario vero est de voce inordinata et horribili quia non letificat sed contristat et aures ac mentem grauat Unde constantinus in quodam capitulo supradicto. interrogatus autem quidam philosophus quare homo horribilis grauior esset q3 quodlibet pondus. taliter respondisse fertur. Homo inquit horribilis pondus animi est. et cetera. Hec de voce bona et mala nunc sufficiant. Nam de his que vocem impediunt supra dictum est in tractatu de lingua. Et adhuc eciam dicetur infra et cetera Sequitur capittuluz vicesimumquartum.

Capitulum vicesimumquartum. de gutture.

Guttur est extremitas canalium pulmonis vt dicit constanti. et est duplicis iuuamenti. maius et primum est vt aerem attrahat et mittat. secundum est vt cibos interius traiciat et vocez faciat Hec canalis substancia cartillaginosa est atq3 dura vt cuz ventus exeat vox emissa fiat clara. nam raucitas vocis fit ex humiditate canalis pulmonis. Componitur igitur a tribus cartillaginibus. prima est al

terius

terius.gilbosa exterius.concaua interius Secunda priore est maior et rec
te iuxta os stomachi collocatur Tercia cartillago media inter primam et
secundam existit cartillaginibus quasi quadam ocathinacione guttur cō
ponitur vt dilatetur et constringatur induitur tota substancia gutturi eis
dem panniculis quibus lingua induitur et palatum . Concauitas autem
gutturis quam aer intrat et exit habet quoddam corpus lingue simile cō
positum ex glande et pinguedine et pelliculis ⁊ vocatur a medicis lingua
gutturis siue cataracta et est primum vocis vt dicitur instrumentum Non
enim potest aliter vox esse nisi clau datur ista cataracta . quia si via guttu
ris fuerit aperta impossibile est vocem esse quia aer paulatim exit . Unde
gutturis cataracta ad flatum constringendum fuit necessaria . quia vero
guttur patitur ab humoribus a capite descendentibus . Unde raucitas
generatur.et tussis quandoqꝫ a tractu corrupti et sicci aeris.quandoqꝫ eciā
ab iniectu pulueris ideo habet vulam pro obstaculo ne puluis et huiusmo
di aliquid pulmonem valeant subintrare que fuit necessaria vt vocem face
ret pulchram fortem et expeditam Alleuiat autem aerem introeūtem eius
qꝫ temperat frigiditatem Unde quidam moriūtur quando radicitus eis
inciditur quia nimium recipiunt aerem guttur et pulmonem infrigidantes
Est igitur guttur organum vocis informacioni necessarium cibi et potus
in primum digestionis locum scilicet in stomachum inductiuum. quia ideo
longum est et rotundum vt amplioris aeris ad infrigidacionē caloris cor
dis sit facilius attractiuum et expulsiuum Est autem in vtraqꝫ extremitate
magis concauum et in medio magis strictum vt sic sit vocis magis infor
matiuum .Est autem ex diuersis cartillaginibus more ciphi cooperientibꝰ
compositū vt forcius existat et ita vt ex teneritudine cartillaginis ad vo
cē variandum facilius se reflectat Ingeminata autē est natura circa gut
tur vt ꝯm duplex officium animali necessarium duplicem vie habeat cōca
uitatem Habet enim viam canalem ad aerem attrahendum et anhelitum
perficiendum habet eciam et viam manifestam ad cibum recipiendum.⁊
hec duplex via quodam cooperculo quod epiglotū dicitur distinguitur ha
bet in se i superficie gutturis ad modū vestis ad vtrumqꝫ foramen guttu
ris equaliter se habentis Cum enim natura cibum appetit clauso foramine
anhelitus ad foramen ad susceptionem nutrimenti omnino se aperit et eo
uerso cum natura attractionem aeris desiderat foramen aliud gutturis se
claudit et obturat Item contigit guttur multipliciter pati scilicet per ex
trinsecam compassionem siue qualemcumqꝫ lesionem Item quandoqꝫ per
incautam cibi vel potus sumpcionem Si autem cibus intrauit meatum p
quod contrahitur aer via spiritus de facili intercluditur et animal suffoca
tur.quandoqꝫ per humorum fluxum et reumatisacionem .conuenit autem

humores.

humores a capite ad canales gutturis confluere et ibidem facere aposte ma. q si materia colerica fuerit et furiosa cito mortificat animal et suffocat nam vt dicit constan. angustat flatum ita q infirmus vix cibum vel potū sumere possit vel recipere dolorem patitur nimium. si autem sit materia sā guinea infirmus apparet plenus corpore rubeus in facie vene sūt plene ple nus pulsus tumor calidus et dulcis ex superhabundancia sanguinis senti tur gustus Si vero ex colera rubea dolor est frigido angustia nimia calor cum siti maxima et vigilia amaritudo in gustu est Si autem sit ex fleumate non tantum dolet sed tumet lingua et molescit Si ex salso sit fleumate om nia saporat in gutture tanquā salsa vox pacientis efficit sicut paruulorꝝ catulorum quia ex siccitate salsi fleumatis trahea arteria coartatur vt dic constan. Conuenit autem istam materiam malam quandoqꝫ totam recolli gi interius in pellicula q̄ diuidit viā aeris q̄ trachea artia avia per quam transit cibus que dicitur ysophagus et facit squinanciam que in vno die i terficit. Ex compressione enim tracnee arterie denegatur aeri liber transit ad cor Ex compressione enim ysophagi ciborum transitus denegatur q̄n doqꝫ colligitur materia partim intra et partim extra et tūc dicitur squinā cia et non est ita mortifera. quandoqꝫ tota materia est extra et dicitur sy nancia et est adhuc nimis mortifera tamen periculosa In omnibus his est dolor vehemens gutturis sed precipue in prima cum suffocacione vocis. ē eciam difficultas spirandi et respirandi ita eciā replentur nerui et squinā cia q ita maxille spasmantur q vix eciam cum malleo possunt dentes ali quando aperiri et ita acurtatur lingua q vix vel nunquam potest extrahi In omnibus istis morbis guttur prementibus bonum signum est velox as piracio anhelitus et respiracio quia trachea arteria non nimium est com pressa. Unde non ita timetur suffocacio. nihil enim ita timetur in hac pa ssione sicut amissio aeris a quo non potest animal per vicesimam partem vnius hore sine periculo abstinere Hec et multa alia vt dicit constan. pati tur guttur scꝫ vlceracionem et inflacionem sitim immoderatam. vocis rau citatem ex humiditate nimia arteriam gutturis infundente et vocem im pediente vel quandoqꝫ extinguente vocis asperitatem ex siccitate aeris vl corporis siue cibi vel pulueris instrumentum loquendi exasperante. Sed de gutture dicta sufficiant

Capitulum vicesimumquintum. de collo.

Collum est dictum eo q rigidum sit et rotundum. caput baiolās et sustentans cuius pars anterior gula. posterior vero ceruix vocatur vt dicit ysido. Ceruix autem est dicta eo q per illam p tem ad medullam spine cerebri dirigatur. Unde ceruix quasi in vi.

in vi cerebri dicitur vt dicit ysid. Est igitur collum membrum rotundum inter caput et corpus medium. et est osseum ex multis ossibus et neruis compositum. osseum quidem est vt forcius sit ad caput sustentandum. neruosum autem ad motum voluntarium faciendum et ad sensum ad inferiores partes corporis deferendum Collum enim influenciam virtutis motiue recipit a cerebro et eciam sensitiue et receptam ad inferiores partes corporis neruis mediantibus transfundit Debet autem collum habere quandam conueniencam et proporcionem cum capite. nam si forma capitis fuit temperate magna et ceruix aliquantulum grossa leuitatem signat complexionis et disposicionis vt dicit constan. si vero fuerit caput paruum et collum magnum quantitati illius non proporcionatum habundanciam designat materie superfluam et virtutis informatiue defectum et eius caput sup cephatica infirmitate et auricularum dolore fatigatur vt dicit consta. Sm autem Aris. li. xiiij. colli disposicio variatur in animalibus et volatilibus Nam in quadrupedibus spissi corporis et crurium mediocrium collum curtum est et grossum et huiusmodi animalium in collo plurima est fortitudo vt patet in bobus et bubalis et vrsis et lupis quorum maxima in spondilibus colli fortitudo est et ideo solent boues per colla iugorum vinculis alligari. animalia vero longi cruris et grossioris corporis solent esse colli longioris et hoc propter necessitatem pastus vt patet in equis. camelis. ceruis et huiusmodi. maxima autem equi pulchritudo est in collo. nam Sm eius erectionem et spissitudinem et extensionem a pluribus estimatur animosus Item Aris in eodem. aues habentes curuum rostrum habent curtum vt patet in accipitribus. aquilis et nisis. que vero sunt habentes rostrum longum et rectum habent collum longum vt patet in gruibus. ardeis. anseribus et hoc est quia adquirunt cibum de profundo Item idem ibidem. omnes aues pedum longorum habent collum grossum et spissum et volant extenso collo et si habuerint collum longum et delectabile declinant illud et quasi complicant in volando Item idem si quod animal fuerit longi cruris erit longi colli et si curti. curti Item omne animal habens collum habet pulmonem. tale vero quod non anhelat aerem interius collum non habet. animalia autem ambelosi corporis non habent collum distinctum a corpore sicut nec pisces et hoc quia non habent scapulas quia non vocatur collum nisi membrum quod est inter caput et scapulas vt dicit Aris. ibidem..

Capitulum vicesimumsextum. de humeris.

Humeri dicti sunt quasi armi ad distinctionem hominis a pecudib' mutis vnde nos humeros. illi vero armos habere dicunt vt dicit.

vt dicit constan. Sunt autem humeri ex varijs ossibus compositi quorum precipue ista duo spatule dicuntur ad modum spati late. spacio enim latū dicitur Fuerunt autem ossa necessaria vt dicit constan. de causis duabus aut vt defēdet pectus ne quid retro pateretur ab exterioribus. aut armorum ligent ossa que interius sunt concaua. exterius vero gibbosa Erat autem intra concauitas vt prodesset costis que ossa sunt habencia nodos quos medici vocant spatularum oculos quod nomen ex officio assumpserunt. sicut eniꝫ oculi tocius corporis anteriores sunt defensores. ita ista a posteriori pectora et eorum costas et ossa defendunt et custodiūt. sunt autem isti ideo oculi concaui vt armorum acumina possunt ingredi Habēt autem spatula duo acumina retro. vnum corui rostro assimilatur per qd eadem spatula furcule est connexa ne a superiori locum suum non exeat interius Nota ad hoc natura posuit alterum ne subtus exiret acumē armorum. furcule autem fuerunt ad hoc necessarie vt armos ligarent ꝛ a pectore differre facerent. horum ossa exterius sunt rotunda interius vero concaua et cum teneritudine pectoris aut colligata. retro vero cum corui rostro Sunt autem eorum ligamenta ossa cartillaginosa que vocantur spatularꝫ capita ad hoc posita tantum vt concathenacionem facerent armorūꝫ Ex iam dictis patet ꝙ humeri et armi isti necessarij sunt eciam ad spiritualiuꝫ membrorum defensionem Item ad brachiorum siue costarum siue pectoris et vitalium ossium cathenacionem et colligacionem Item ad ossium ꝛ spondilium colli supportacionem Item necessarij sunt ad ponderum diuersorum sustētacionem nam racione sue ossuositatis et neruositatis maximā habent fortitudinem et vigorem Item post caput et collum in corpꝫe maximā optinent eleuacōm Alijs enim mēbris supeminent sub capite constitutis vt pꝫ in omni animali Itē paciuntur humeri qn̄qꝫ ab extrinseco vt vulnera siue q̄lemcūqꝫ lesioneꝫ. siue propter nimiā laboris ꝫ et oneris ꝯtinuitatē et tunc potissime curant̄ per quietem et alic⁹ vngenti appositcōm vnde dicit Aris. li. vij. ꝙ iuncture elephantis solent inungi oleo oliue ꝓpter facilio rē oneris et laboris tolleracōꝫ vt meli⁹ dormiant Itē qn̄qꝫ a cā intrīseca s. ex fluxu humorꝫ ꝯcurrēciū ad iūcturas in neruis hūerorꝫ. ex qb⁹ nerui grauant̄ et in suo effcū impediunt̄ Quandoqꝫ eciam ipse iuncture supfluis humorib⁹ replentur ex quorum acumine dolor in sensibili neruo generatur

Capitulum vicesimum septimum. de brachijs.

Brachia a fortitudine sunt dicta Bari enim grece. forte dicit̄ latine vt dicit ysi. In brachijs em̄ chori lacertorꝫ sūt et insigne robur existit Hi chori dicunt̄ musculi Et dicūt̄ chori. eo. ꝙ illuc q̄si

viscera

viscera chori videat vt dicit ysi. Brachiu at vt dicit ost. ex duob' ostat os sibus. vnum est supra. et appella tur cubitus superior. alter infra dr cubit' inferior Est at os inferius priori maius. qr portans portato maius esse dz et firmius Cocathenat at brachiu cum armo superiori. onectit neruis fortissimis quibus mediantib' sensum et motum voluntariuz recipit et adma num post transmittit Sunt brachia rotunda propter maiorem ad opaci onem et motus abilitatem et maiorem impassibilitatem vt non facile paci atur Sunt eciam flexibilia in iuncturis tribus scz circa manum cubitum et armum vt motui voluntario sint abiliora et ad obediendum voluntatis i perio prompciora Preterea brachia respectu aliorum membrorum min' sut carnosa et hoc propter substanciam ossium neruosam ex qua componunt propter roboris et virtutis ampliacionem In brachijs enim maxima est hominis fortitudo ad portandum. ad eleuanduz. ad constringenduz. ad repellendum. ad pugnandum. ad operandum Item brachiorum ossa sunt grossa dura concaua et medullis plena Grossa quidem sunt et dura ne de facili rumperentur concaua ne nimia soliditate nimis ponderosa redderetur Medullis plena. vt ossa sicca et dura medullarum pinguedine irrigarentur et vt sps a neruis et venis confluentes. medullari tempie seruarent et nutrirent Cute musculis et lacertis intermixta carne tegut ne ab aliq extrinseco de facili lederent In iuncturis et vertebris cartillagine vestiunt. ne nimia duricie ossium mutuo se collidecu nerui sensibiles aliqua molestiaz paterentur Et vt ipsa ossa in suis iuncturis planicie et mollicie cartillaginea expedicius mouerentur et nullius asperitatis occursu tardaretur Ite brachia propter vnitatem quam habet cum regione cordis. spm et pulsum p quasdam arterias recipiunt et varia ipsius mutacoz. ad osistencia defcm et pfectum in venis et arterijs pulsautibus manifestant Item brachia ppter vicinitatem cerebri familiarem habent conueniencium cuz capite et ab eo recipiunt latentis virtutis influenciam Et ideo pro defensione capitis scdm sensum nature et sine deliberacione contra ictus feriencium se oppo nunt Item vene tocius corporis et maxime de regione capitis cordis et epatis conueniunt in manibus et digitis nutrimentum tribuunt Et ideo qui sanguine repletos se senciunt et grauatos aliquam de venis brachiorum aperire consueuerunt et sic brachia sepe vulnerantur et percuciuntur vt alia membra sanitatis beneficium consequantur Dicunt eciam medici q sicut habetur in libro ffomia Qui infirmantur in vna parte corporis debent venam in partem oppositam aperire. Unde qui patitur in dextra. minuit de sinistra. et econuerso nisi materia fuerit venenosa vel alias furiosa. Tunc enim eciam sanguis ad partem oppositam non est eciam attrahendus.

hendus ne materie venenositas transiens per cor vel aliud membrum nobile ipsum ledat sicut dicitur ibidem Brachia itaqꝫ ꝓpter vtilitatē aliarum parcium corporis sibi mutuo seruiunt et membrorū custodia vulnerari et percuti et a suo onere minui non subterfugiunt et se percucientibus resistūt Hoc autem dicit Ga. brachia habēt proprium vt quod cor diligit brachia diligant et in amplexum eorum voluntarie se extendant. Quod autem corde diligi senciunt quanto vicinius possunt cordi applicant et constringunt in tantum vt totum dilectum toti amanti cordi imprimerēt si valerēt Et hec de brachiorum proprietatibus sufficiant Item denudacio et inquietacio brachiorū mortiferum signum est in acutis vt dicitur in ꝓnostica

Capitulum vicesimumoctauum de manibus.

Manus est dicta eo ꝙ sit tocius corporis munus vt dicit ysi. Ipsa enim cibum ori administrat Ipsa omnia operatur ac dispensat Per eam accipimus et damus. Abusiue eciā ars vel artificium dicitur sicut aliquando de aliquo pictore. vel scriptore dicit̄ Iste habet bonam manum id est scribendi artem vel artificium Dextra a dando est dicta Nam vt dicit ysi. dextra pignus pacis datur Ipsa fidei et salutis testis adhibetur Et hoc est illud apud Tullium fidem publicā iussu senatus dedi .i. dextram Et ap'. ad galathas Quibus dedi dextram fidei et societatis Sinistra autem dicitur quasi sine dextra siue quia rem fieri sinat. a sinendo enim sinistra est vocata Palma autem dicitur digitis expansis manus intensa sicut contractus pugnus Pugnus autem a pugillo est dictus. sicut manus expansa dicitur palma ab expansis ramis Est itaque manus magnum corporis iuuamentum pariter et ornamentum. propriū et principale tactus instrumentum Nulla enim pars corporis est tactiuā sensibilis sicut sola manus vt dicit ysi. et eciam constan. Manus autem ſm eundem constan. quo ad exteriorem partem sui ex nouem paruis ossibus medulla carentibus diuersis et solidis est compacta. habuit autē tot ossa vt manus esset mobilis Sunt autem ossa diuerse forme. Alia scꝫ gibbosa. alia concaua. alia recta vt cum omnia iungerentur quasi vnum os redderetur Ista autem ossa in duobus ordinibus stancia ex vna parte cum volle pectinibus. ex alia parte cum duabus brachiorum cōcathenacionibus fortiter colligantur Concathenacio ad superiora habet horum trium vnā concauitatem brachia subeuncia per quam manus lateraliter extenditur atqꝫ stringitur .concathenacio vero inferior atque minor interiori extremitati brachij iungitur ipsius acumen concauitate quinque ossium subintrāte. Hec vero concathenacio motum facit ante et similiter eciam retro

Uola

Vola manus dicitur interior pars vbi maxime viget tactus Et iō in illa parte est magis carnosa et magis mollis .propter tactus bonitatem. Et duas habet partes Pecten est vna pars.digiti pars altera. componi tur autem ex quatuor ossibus vt si forte vnum ledatur .alterum non pacia tur In concauitatibus autem quatuor ossium pectinis quatuor digiti sūt iserti et in eis ocathenati Et ideo dicit Aris.lib xiiij. Manus non est vnum instrumentum sed multa. Natura enim dedit homini instrumenta virtuti bus conueniencia vtpote manus in quibus sunt multi digiti et diuersi vt per eos minima et maxima valeant retineri Nam vt dicit idem. creacio manus est conueniens .multis et oppositis operacionibus. Est enim diui sa et extensa in multas partes et potest homo vti vna sola parte. et dua bus et pluribus sm diuersos modos habent enim vole manuum hoc sibi appropriatum q nunquam in homine pilescunt .quamuis exterius in ali quibus pili crescunt. Maxime autem hoc contingit in masculorum mani bus et hoc propter caloris habundanciam dominantem. Est autem ma nus dextra forcioris caloris et maioris siccitatis q̄ʒ sinistra. Et ideo ad o perandum dextra leuior est et habilior q̄ʒ sinistra Unde Aris.li.ij. animali a quadrupedia que generant animalia. loco manuum hominis habent pedes anterius Et pes sinister in animalibus non est absolutus neqʒ leuis motus sicut nec sinistra manus in hominibus preterq̄ʒ in elephante. Ele phas eciā vt dicit Aris.li.j.vtit naso forti et longo loco manuū et p ipʒac cipit cibū et reddit ori suo Reddit eciā p nasū ori suo potū. Et nullū aīal potest hoc facere nisi ipe Inter volatilia autem vtuntur pede pro māu psi tacus et porphirio scilicet pellicanus Nam psitacus pede cibum accipit et intingens in aquam cibū cū pede suo porrigit sic intinctū Similiter et por phirio Patitur aūt manus materialit scʒ otractōm arefactōm pustulacōʒ scisionem vermium corrosionem pruritum et titillacionem iunctarum dislo cacionē et cirogricā passionē Cāt otractō qn̄qʒ ex calidis et siccis hūorib' neruos desiccantib' vel frigidis et humidis eosdem inficientib' et transitū spirituū includentibus vt patet in paliticis et leprosis quoꝝ manus expu tridis et corruptis humoribus neruos consumentibus et desiccantibus o trahuntur Arescunt eciam manus ex debiti nutrimenti subtractione vt pa tet in decrepitis et squalidis fame laborantibus et in confractis. Quan doque ex distemperancia caloris. et excessu terciam humiditatem consu mente vt patet in ptisicis ethisicis et huiusmodi ¶ Quandoque eciam ex vicio venarum et neruorum qui opilantur. Unde ex defectu humorum et eciam spirituum virtus regitiua impeditur ex quibus manus arescunt et a vigore et corpulencia depauperantur. Pusule autem et vesice turgen tes generantur ex prauis et corruptis humoribus extrema petentibus ¶ vnde.

vn̄ et caro intus supficialiť corrūpiť et cute eleuata in vesicas vł pusculas immutatur Scissure aūt et pruritus et huiusmodi accidunt ex humoribus calidis et acutis fumis intercutaneis qui cutem scindūt et suo acumine carnis superficiem diuidunt et incidunt et primum pruritū et titillacionem faciunt. sed post dolorem non modicum supducūt Item eciam hūor corruptus sub cute latens. quando nō expelliť nec a calore naturali consūiť. paulatim plus et pl' corrūpiť et in puos vermiculos conuertiť. q̄ paulatim cutem corrodentes. titillacionem prouocant et pruritum Dislocacio q̄ndo q3 accidit ex casu vel percussura vel compressione nimia Unde ex hmōi violencia iunctura locū suū exit et superinduciť dolor grauis et tota manus reddiť impotens ad aliquid operandum Accidit eciam ab intrinseco. scz a nimio humore neruos iuncture infrigidante lubrificante et relaxante vnd̄ de facili iunctura disłocať Cirogra vero d̄r eadez passio in manib' q̄ ꝛ podogra in ped. h' nūcupať Generať enī ex hūorib' grossis et crudis. in iuncturis coadunatis et conglobatis. vnde et articuli et iuncture indurant̄ et q̄si nodose efficiuntur Talis infirmitas est longa archetica q̄ solet in manib' generari et vix curatur et si fuerit diuturna vt d̄r i aphor. Multa alia incommoda solent precipue man' occupare sicut vesice et hmōi et hec sufficiant ī hoc solū attendendū est qd̄ d̄r in amphor. mulier ambidexter nō fit Super qd̄ verbū dicit Ga. masculi ambab' manib' equaliter operant̄ qd̄ a muliere fieri non vidimus nec audiuim' quod ex sue defectione est natuē Vix enim fortis ad operandū in dextra. q̄nto minus in sinistra Masculi āt fortes habent neruos et lacertos in vtraq3 pte et calorē. hn̄t mulierib' forciorem et ideo sepius contingit ꝙ operant̄ sinistra sicut et dextra.

Capitulum vicesimumnonum. de digitis

Digiti nūcupati sūt. vel q2 decē sūt vel q2 decent̄ ūicti existūt hn̄t inter se nūer et ordinē decentissimū vt dicit ysi. pm' pollex vocať eo ꝙ inter ceteros pl' virtute polleat et pualeat ptāte Secūd' index et salutaris. sicut dicitur demonstratiuus. quia illo omnes fere salutamus et omnia demonstramus. Tercius ē medi' qui ꝛ impudic' Quart' est anularis q2 eo anulus geritur Et diciť eē medic' vel medicinalis q2 eo circa coliria a medicis colligūť Quint' ē auricularis sic dc̄s quia eo aures scalpimus vt dicit ysido. Componuntur autem digiti scd̄m constan. singuli ex tribus ossibus que sibi inuicem concathenantur et quatuor digiti sunt qui cum pectine colliguntur Pollex autem cum brachij inferiori concathenacione iungitur Sunt autem noduli inferiores maiores q̄3 superiores et laciores sicut portans eo ꝙ portať lacius et firm' esse debet vt dicit constan. Fm autē Aris. li. iij. Mobilitas digitorum conueniens

est ad

est ad recipiendum et retinendū Sūt eciam digiti in longitudine distincti graciles inter se diuisi in extremitatibus vnguibus muniti. et quanto sunt erectiores et flexibiliores tanto sūt ad operaciones varias apciores Sūt modice carnis ꝓpter motus facilitatem et faciliorē tactum q₂ nihil facili⁹ in corpe discernit inter obiecta tactus sicut extremitas digitoꝝ Et hoc for san est ꝓpter viuacitatem neruoꝝ qui in digitoꝝ summitatibus reflectunt et propter cutis in digitorum extremitatibus lenitatem vt dicit ōst. habēt eciam digiti hoc proprium ꝙ ante cibum sunt grossiores q̄₃ post cibū. vñ et anulus qui propter sui cōstrictionem vix ante prandium diripitur de facili poterit post cibum ammoueri sicut dicitur super amphoꝝ. Item dicit Aris li. vij. aues aquatice habent intra digitos quasi corium et eoꝝ mansio est in aqua. et aues habentes digitos diuisos manent ꝓpe secus aquā et cibantur ex eo quod crescit in terra Et iste non omedunt carnem nec viuūt de rapina sicut aues habētes curuos vngues in digitis que omedūt omnia animalia que possunt venari et viuunt sanguine. tamen non omedunt seinuicem sed parcunt auibus sui generis quod non faciunt pisces. quoniam alios commedunt sui generis.

Capitulum tricesimum. De vngula.

Vngula est pars digiti extrema in superiori pte digitoꝝ collocata que vt dicit ōst. cum carne et et cute sibi vicina est coniuncta cuius ligamenta sunt cordosa. veniunt eciam ad vngulas vene nerui et arterie vt eis dent sensum et naturale iuuamentum Ꝯbarū incrementū longius est et latū. quantitati autem digitoꝝ ꝓporcionatū Quod āt superexcrescit et neruoꝝ tactum transit nihil sentit Et iō sine dolore prescindi se permittit Nam vngule incrementum et nutrimentū est simile nutrimento piloꝝ Et iō excedunt in crescendo extrema digitoꝝ vt dic̄ ōst Generat̄ āt ex quibusdā fūositatibus a corde resolutis vsq₃ ad digitoꝝ extremitates circūfusis vbi fumositates ingredientes exteriori aere desiccāt et in vngule sbam commutant̄ sicut d₂ sup li. pronost. in omento Et hoc ad extremitatum digitorum subsidium que de facili propter sui teneritudinē₃ lederent̄ nisi p vnguiū duriciam munirent̄. vñ ipsoꝝ digitoꝝ sunt vngues iuuamentū et nō nimiū ornamentū Est āt vnguis osse mollior. carne āt et cartillagine durior. corneā qdāmō hñs disposicō₃ et naturā et iō h₃ in se qdāmō corneā luciditatē et planiciē ꝓpt̄ ei⁹ superficiē politā et aliquātulū transparentem Vnde et qndam in se representat luciditatem et speciositatem. q₂ vero vnguis ex cordis fumositatibus generatur cordis ipsius viuacitas vel mortificacio in eis apertissime pronosticat̄ Calore em̄ cordis deficiente vngues nigrescunt et palescunt. et ideo eciam sui mutacione vel

contractione

contractione. extinctionem caloris vel mortificacionem nature presentant et pretendunt vt dicitur in li. pronost. Item a ris. li vij. Aquilarum vngues in curuantur et ebetantur quando cubant super oua et nutriunt pullos suos et albescunt ale earum et debilitantur. Hoc autem habet aquila proprium vt residens super arborem et quiescens. sepius respicit vngues suas. timens forsan ne hebetetur. Nam vngues habet pro mucronibus et ideo ne ledatur non libenter residet super petram vt dicit idem. et quando quiescit infra vngues claudit et reflectit vt sic illese conseruentur. Hoc idem facit leo et animalia curui vnguis. Item idem li. vij. Aues vncorum vnguium non potant omnino preter aucas et omnes aues curuorum vnguium atrum habent rostrum et breue ac grossum collum et cibantur a carne et venantur aues. tamen ex suo genere non comedunt nec eas impetunt vel inuadunt causa cibi. Adinuicem tamen pugnant rostro ac vnguibus se dilacerant propter feminas et eciam propter nidos. variatur autem vngula in omnibus volatilibus et animalibus quo ad disposicionem eciam quo ad visum. Nam in homine manus muniunt atque ornant. In volatilibus muniunt atque pedes eorum armant. Animalium vero pedes custodiunt et calceant. Unde in quibusdam animalibus vngues sunt rotunde et integre vt in equis. in quibusdam sunt longe et abscise vt in porcis. Dicitur enim ab aris. li. xiij. Omne animal habens culmos prominentes sicut porci habent vngulas scissas et in vnguibus ponit natura fortitudinem animalium. Unde aris. li. xiiij. Natura inquit semper ponit vigorem in membris quibus vtuntur animalia vt facit in dentibus qui sunt quasi serra et vnguibus propter vigorem et iuuamentum

Capitulum tricesimumprimum. de latere.

Latus secundum ysi. est dictum eo quod in iacentibus latet. Est enim leua pars corporis vel sinistra. In latere autem dextro abilior est motus. sed pars leue forcior est et oneri ferendo accomodacior. vnde pars illa leua a leuando dicta est eo quod apcior sit ad leuandum aliquid et portandum vt dicit ysi. ipsa enim gestat clipeum ensem pharetram et cultellum et cetera onera vt expedita sit dextra ad agendum ysi. latera ossibus costarum potissime fulciuntur. Et dicuntur coste secundum ysi. eo quod ab ipsis interiora custodiuntur. et tota ventris mollicies costarum munere conseruetur cauciusque et saluetur. componuntur autem coste laterales ex pluribus ossibus dorsi spondilibus colligatis et ex diuersis cartillaginibus ossa pectoris diuigentibus vt dicit const. et habent hec ossa similitudinem semicirculi. que dum simul ex parte spondilium dorsi et pectoris iunguntur. circulum facere videntur vt dicit const. Sunt autem ossa quatuordecim vt dicit idem septena et septena. ex vtroque latere collocata. que cum septem teneris ossibus cartillaginis speciem pretendentibus in furcella pectori coniunguntur. quorum summitas tenera

cartillaginosa.

cartillaginosa sicut gladius acuitur et ori stomachi supponitur ad sui cor dis defensionem vnde in composicione costarum et pectoris in vniuerso q̄ gintaduo ossa concurrūt. quorum quatuordecim in lateribus et in compo sicione pectoris et decem posteriores in dorsi composicione. et octo ossa car tillaginosa omnia predicta coniungencia conueniunt vt dicit const. Cōtin git autem latus sepe pati ex causa extrinseca. vt ex casu ruptura concussio ne et hmodi. quandoque ex intrinseca vt ex fluxu humorum et concursu re pencium ad locum et concauitatem costarum Aliquando apostema gene ratur vt patet in pleuresi que generatur ex apostemate existente in teneritu dine costarum Cuius signa sunt dolor lateris. tussis febris acuta. cognos citur autem precipue per sputum sanguineum si ex sanguine. per citrinum si ex colera per album si ex fleumate. per liuidum si fuerit ex melancolia. raro tamen ex humore melancolico generatur sicut in practica continetur Tali a enim apostemata quando radicantur in latere. grauissimum inferunt do lorem et suffocacionem et inflammacionem et tunc in latere apostematico paciens quiescere non potest nec iacere Vnde dicitur in pronostic. quod in fe bribus acutis egrum iacere et precipue in dextro. bonum signum est. quia signat loca vicina non esse apostemata. et spiritualia membra sunt liberio ra et habent locum in quo dilatentur et sic homo melius spirat et respirat quia nec stomachus nec alia membra comprimunt spiritualia Contingit eciam ex ypocondris in regione vacua sub costis ventositatem aggregari et in costarum pelliculis includi. ex qua per distensione pūctura et dolor gene ratur Quandoque eciam contingit ex humorum grossorum concursu locum opilari et indurari et ita loca lateralia vel indurari nimis et contrahi vel e ciam nimium eleuari Et ideo dicitur in pronostic. ypo. In ypocondris si fuerint sine dolore et si molles sint. si bene composite. hinc et inde bonum Si vero fuerint aut dolentes aut spasmo distente id est si contracte fuerint vt solet fieri in spasmo Si inter se dissimiles Si in aliqua earum fuerit pulsus magnus vt saltus. malum. Signat enim angustiam vel alienacionem etc. Quod quidem verum est in acutis febribus. et maxime si fuerit visus ocu lorum horribilis et inordinatus vt dicit idem commentator. Si vero fue rit ordinatus motus oculorum. non est tantus timor de futura alienacio ne et in acutis vt dicit idem.

Capitulum tricesimumsecundum. De dorso.

D Orsum a duricie est dictum eo quod sit durior corporis superficies ad modum saxi ad portandum fortis et ad paciendum durabi lis vt dicit ysid. Dicitur eciam tergum eo quod in ea parte supini in terra iacemus quod solus homo potest Nā bruta aialia aut

in ven

in ventre aut in latere iacent. vnde animalibus tergum abuse dicitur vt di
cit ysi. A terendo potest tamen dici tergum. qz varijs flagellis teritur non
solum dorsum animalium verum eciam dorsum hominum captiuorum vt
dicit idem Vel ꝫm Remigium. tergum dici potest a teros grece quod est
rotundum latine. eo ꝙ dorsum animalis quandam speciem pꝛefert rotūdi
tatis. eo ꝙ omnia ossa corporis fundantur supra dorsū. sicut carina nauis
Incipit autem dorsum ꝫm constan. et ysi. a puppi capitis et protenditur vsꝫ
ad renum vicinitatem Est autem dorsum ex varijs ossibus et spōdilibꝰ
compositum. et hoc ob quatuor causas fuit necessarium pꝛimo qz omnium
aliorum est fundamentum super quod omnia alia ossa sunt posita sicut na
uis super carinam mediam est locata. secundo ꝙ viscerum interiorum defē
sio est et cooperculum Tercio qz neruorum a cerebro ad diuersas partes
corporis inferius descendencium est adiutorium vt hinc et inde motus vo
luntarius et sensus diffundatur Quarto vt medulle descendētis a cerebro
sit vehiculum et ab intrinseca lesione illius defensiuum Ex multis autē ossi
bus compositum est animal vt facilius se erigat et inclinet et vt onera sup
posita ferat forcius et supportet. Vocantur autem ossa dorsi spondilia et
sūt concaua vt medulla spinalis que a phisicis dicitur micha facilius fera
tur ad inferiora membra ad motum voluntarium faciendum Eadem eniꝫ
est natura et virtus in cerebro et in micha vt dicit const. et ideo duplici pel
licula sicut cerebrum est vestita vt dicit idē Vñ si hec medulla in spina dor
si ab aliqua causa fuerit impedita siue lesa virtus animalis leditur et in su
is actionibus impeditur sic et quando cerebrum leditur Vnde et animal
lesa micha de facili moritur. et propter quod natura fecit ossa spondilia
dura et neruosa et insuper acuta et spinosa propter maiorem medulle defē
sionem et propter faciliorem resistenciam et repulsam iniurie scꝫ inferentis
lesionem Est autem cutis dorsi siue pellis spissior et durior ꝙ̄ in ceteris pti
bus animalis et hoc propter causam supradictam Patitur autem dorsuꝫ
multa ab interiori et ab exteriori quia exterius patitur verberacionem et
excoriacionem et multiplicem lesionem. interius autem patitur neruorum
contractionem humorum. nimiam replecionem viarum et meatuum spiri
tuum opilacionem puncturam et horripilacionem et multiplicis gutture
infestacionem et cetera.

Capitulum tricesimumtercium. de pectore.

Pectus est ossea pars et inferior inter mamillas et pullas et ideo
pectus est dictum quia est proximum inter partes eminētes ma
millaruꝫ vt dicit ysi. ꝫm. vero ysi. et const. pectoris fundamentū
est infra dorsum positum cuius magna est concauitas vt intra
posita.

posita custodiat et cor ad pulmonem cum aliis membris spiritualibus protegat et defendat Magnitudo autem concauitatis pectoris fuit necessaria et vtilis vt pulmonem huc et illuc possit dilatari ad refrigerandum calidum fumum cordis Fuit autem osseum et neruosum propter maiorem fortitudinem et forciorem vitalium defensionem in quibusdam pelliculis interioribus cum quadam pinguedine circumdatur interi⁹ et minuitur propter caloris naturalis fomentum et conseruacionem et frigiditatis ossium pectoris et thoracis mitigacionem Sunt autem secundum constan. due concauitates ad se inuicem quibusdam pelliculis seperate. et fuit hec diuisio necessaria vt flatus pectoris in vna parte casu in aliquo amitteretur. in altera parte concauitatis ad vite animalis custodiam seruaretur quod si vtraque cocauitas infirmaretur anhelitu intercluso de facili moreretur. Item pectoris pelliculis cor et pulmo colligantur et ne de suo loco exeant inuoluūtur vt dicit constan. li. ij. ca. xv. Est igitur pectus mamillarum fundamentum et hoc non solum propter ornatum. verum eciam propter necessariuz pectoris iuuamentum. nam sua carnositate cooperiunt et eius osseam frigiditatez tēperantes ab intrinseca lesione aeris frigida protegunt et defendunt. nobilissimum itaque membrum est pectus humanum quia sedes sapiencie est et domicilium caloris vitalis et vigoris quo bene disposito cum suis contentis atque sano. corporis tocius vigor in suis actionibus confortatur et econuerso leso pectore tocius corporis compago deterioratur. patitur autem pectus materialiter quandoque a nimia frigiditate constringente. nerui et ligamenta thoracis percuciuntur et in suis effectibus impediuntur. et aliquādo ex nimia caliditate et siccitate substancialem eius humorem consumente et neruos pectoris contrahente vt patet in ptisicis et ethicis calore nimio consumptis quandoque ex nimia humiditate sanguinea vel fleumatica meat⁹ pectoris infundente et replente. vnde et quandoque sequitur suffocacio et quandoque raucitas et quandoque vocis ablacio vt dicit const. quandoque ex humore corrupto in pelliculis pectoris collecto. vnde et pectus apostematur et impeditur anhelitus et animal aliquociens suffocatur. aliquando patitur ex colligancia aliorum membrorum que leduntur. nam gutture leso aut pulmone aut stomacho necesse est vt pectus doleat et paciatur. maxime autem sunt passiones pectoris periculose et precipue interiores propter cordis vbi est sedes vite vicinitatem Unde magis ledit modica punctura interius in pectore quam vulnus maximum exterius in brachio vel in crure. variatur disposicio pectoris in bobus et in volatilibus vt dicit Aris. nā homines hn̄t pect⁹ latū et aliqn̄tulū a dextris et sinistris eleuatū in medio et ipsa eleuacio est signum animositatis et virtutis et nullū animal hʒ mamillas in pectore preter hoīes et elephātes vt dicit Aris. li. ij. aīalia em̄ vbera hn̄t

aut in.

aut in latere aut in ventre vt porci et canes asini vacce atq̃ oues sicut dicit idem. plures fetus generant animalia habencia vbera in ventre vt patet canibus et in porcis q̃ illa que habent in pectore vt patz in homine et elephante qui nunq̃ generant nisi fetum vnum vt dicit idem li. v. Aues aũt generaliter habent pectus acutum et maxime aues p̃de que sunt curui rostri et acuti vnguis et modice carnis ac boni volatus et acuti visus qm̃ vident cibum suum a remotis valde et ideo tales aues eleuant se in aere valde alte plus q̃ alia volatilia et hoc propter predictam causam sicut dicit. Aris li. ij. acuitas autem pectoris in talibus auibus animositatis et generositatis est iudiciuz vt dicit ysi. de ancipitre. magis ãt inquit animosus pectore q̃ rostro vel vngue. ancipiter est armatus et ideo ancipiter est animo suspectore in aere percutit et deijcit predam suaz.

Capitulum tricesimumquartum. de mamilla.

Mamilla enim a rotunditate est dicta maso enim grece rotunduz latine vt dicit ysi. papilla vero dicitur caput mamille quã infãs sugit labijs et apprehẽdit. Jet d̃r papilla q2 a puero tãgit̃ et palpat̃. Dicuntur autem mamille vbera quasi lacte vbera vel q2 lactis humore in more vteris sit plena. nam post p̃tũ si sanguis nondũ fuerit pueri nutrimento consumptus naturali meatu fluit in mamillas et earum virtute albescens lactis recipit qualitatem vt dicit ysi. ƀm cõst. ãt mamille de glandulosa sb̃a sunt composite carne sc3 molli et alba sicut lactis est natura Sunt ãt vene et arterie glandulosa in sb̃a mamillaꝝ intermixte per q̃s diffunditur sanguis ad mamillas cum sp̃u Sunt ãt mamille in pectoẽ posite vt cordi essent vicine vt per caloris cordis decoctionem sanguis in materiã lactis facilius conuerteret̃. nã sanguis per concauã venã ad cor veniens et deĩn ad pectus tendens tandem ad mamillas penetrat et in eaꝝ carne spongiosa in materiã lacteã vi caloris se transmutat. caro enim ipsius mamille carnosa est et cauernosa. porosa sc3 vt spongia. vnde ad generacõ3 lactis est apta ad c⁹libet nutrimentũ pueri Ho3 ãt mamilla hoc p̃ ƀum vt d̃r sup ãpho. ꝙ mulieꝝ q̃ facture sunt abortiuũ mamille extenuãtur vt dicit yp̃po. Jte3 si dextera mãma mulieris p⁹q̃ geminos ꝯcepit extenuata fuerit masculus abortiu⁹ fit. si vero sinistra femina aborciabitur et si vtraq̃ vterq̃ fetus paciet̃ abortiuũ. c⁹rõm assignat ibi Gal̃. in omento dicit ei ꝙ gracilitas mamille paucitatem lactis signat. vnde cum infans debitum non habeat nutrimentum necesse est vt aborciat ipse fetus Jtem idẽ yp̃po ibidem. mulieribus in quibus sanguis calidus superfluus generat̃ mamillas mammaz futurã signat. c⁹rõ est ƀm gal̃. quia sanguis calidus et superfluus vel feruens ad mamillas fluxerit si pre nimia etate sui et eciam ca-

loris

lori s excessu non poterit in lac mutari in fumositatem acutam resolutus caput petit et sic mammam propter perturbacionem cerebri generat et in ducit Item idem in eodem mulieri mēstrua si voluerit retinere sciciam maiorem id est ventosam debes apponere ad mamillam id est sub mamillaꝝ venis de matrice ascendentibus vt dicit Hal. per attractionem ventosaꝝ sanguis superfluus attrahitur ad mamillas et sic inferior fluxus menstrui minoratur sicut idem recitat Gal. Item in eodem si mulieri habenti in vtero lac multum fluxerit ex mamillis fetum debilem signat. si vero fuerint vbera dura sanum signant esse fetum. ideo enim non diminuitur lac qꝛ fet⁹ est debilis ad accipiendum et conūertendi in suum nutrimentum. vnde nimia fluxibilitas mamillarum corrupcionis et imperfectionis signum est vt dicit Hal. si vero fuerit mediocriter dura sanitatem fetus designāt nimia enim mamilarum gracilitas et macilencia post conceptuꝫ fetum esse debilem signat et corruptum. nam signum est ꝙ subsequi debeat abortiuum vt dicit idem Item si impregnacio fuerit masculi apparebit dextera mamilla maior sinistra. si vero fuerit femine erit sinistra maior et hoc primo apparꝫ quando fetus incipiet se mouere vt dicit Aris. li. xix. Item sicut dicit idem sepe ex lactis multitudine et coagulacione mamille nimis indurescunt. et si supercreuerit pilus aliquis tempore induracionis accidit infirmitas magna et dicitur pilosa nec cessabit dolor quousqꝫ exeat putredo sicut ibidem dicit Aris. Item dicit idem li. vi. ꝙ animalia q̄ sunt multoꝝ vberum sūt ml' torum filiorum et habent vbera a parte inferiori diffusa vt patet in canicula et in porca et cum parit porca dat primo filio suo primam mamillam. secundo secundam et sic de aliis. animalia autē pauca vbera habencia paucos habent filios vt mulier et elephas que habent vbera anterius in pectore collocata. mamilla igitur est membrum nutrimento fetus necessariuꝫ sanguinis menstrualis ad generacionem lactis susceptiuum et suscepti sanguinis impuri depuratiuum. digestiuum. immutatiuum. dealbatiuum. dulcoratiuum inspissatiuum. pectoris et cordis defensiuum. sexus et etatis discretiuum corrupcionis menstruatiuum vel monstratiuum. rotundum. oblongum. neruosū carnosū puuloꝝ dentib⁹ expositū cauernosū seu porosū.

Capitulum tricesimumquintum. de pulmone

Pulmo cordis est flabellis a penetratiuo greco. in pulmone em̄ neunia scꝫ sp̄s qui flando et aerem recipit et emittit. vel d̄r pulmo qꝛ palpitat se aperiendo vt flatū capiat et stringendo emittat vn̄ in continuo motu est inspirando et respirando vt dic̄ ysi est āt pulmo de carne molli et aerea creat⁹ spume coagulate similim⁹ vt dic̄ cōst. c⁹ iuuamētū ē vt cor vndiqꝫ circūdet et aerē frigidū ad sui tēpiē admittret.

tret Est eciam pulmo instrumentum spiritus et vocis. Spiritus fuit neces sarius propter cor. vt per attractionem aeris refrigeraretur et per eius o strictionem fumosa superfluitas expelleretur. Et ideo pulmo inter cor et guttur est medius ne subito ad cor aer irrumperet. sed pocius aerem recep tum temperaret Est itaq; pulmo quedam celle similitudo. seruatq; per ae rem frigidum ad cordis feruorem mitigandum vt calidum ad vocem ne cessarium vel ad flatum Sine enim pulmone vox formari non potest neq; anhelitus vt dicit Aris. li. xiij. Propter ergo p̄dcās cās caro pulmōis moll' est et leuis ac ocaua. vt de facili mutat aerem in sui naturā vt sic vital' sps facilius transeat in ventculo cordis ad oseruacōm vite animalis et gene racionis Et dicit Aris. q omne animal anhelans h; pulmonē et omnia a nimalia ambulancia anhelant. et q̄dā animalia aq̄sa anhelant vt delphin Item omne animal generans habet nigrum pulmonem et est multi sangui nis ꝑpter calorem nature. pulmo vero animalis ouantis est puus et sicc' q̄ p̄t inflari et tumescere vt dicit Aris. Et sicut dicit idem li. xiij Que dam ani malia non h̄nt pulmonem. ſ; branchas loco pulmonis Item ibidem li. xvi Omne animal habens pulmonem calidi' ē animali carente pulmone. aīal enī habens pulmonem multū sanguineū ē respcū animalis non habentis Patitur āt pulmo multipliciter. q̄nq; enim ex humore reumatizante ad ca nales pulmonis et tunc varie generant passiones. ſm varias humoꝝ ad pulmonis principium fluxiones. sicut sūt squinancia tussis ptisis. raucedo asperitas uocis et similia Q̄nq; patitur ex coadunacione humoris in pen nis pulmonis vnde fit ptisis et alie horrende passiones vt p; in sangui nem et saniem excreantibus vt dicit ost. Item aliquando patitur ex ꝑprie sbe vlceracione et hoc accidit ex acumine humoꝝ ad pulmonis substanci am defluentis Talis passio non de facili curatur quia cum ex humoris a cumine substancia pulmonis fuerit vlcerata propter ipsius pulmonis tene ritudinem et motus continuacionem non de facili solidatur vnde et tunc aer attractus per foramen vlceratum de facili euanescit vnde ad temperiē caloris cordis non sufficit quin pocius propter aeris attracti paucitatem cor in se penitus marcessit Item dicit Aris. li. xviij. animal si anhelauerit in omedendo cadit aliquid ex cibo in concauitatem pulmonis et tūc accidit animali tussis et strangulacio Nam tussis nihil aliud est nisi motus anima te virtutis ad expellendum superflua circa spiritus instrumenta vt dicit o stantinus. Recollige igitur ex predictis q pulmo proprium cordis est in strumentum quia cor refrigerat. subtilitate sue substancie aerem attractū alterat et immutat vocem format. a motu nequaquam cessat. quia con stringit se matuo et dilatat aerem ad supplementum caloris in suis follicu lis et poris reseruat Unde tā diu potest viuere animal sub aqua sine suffo

cacione

cacione q̄3 diu potest recollectum aerem retinere. sui motus continuitate. aerem admouet et deponit vel depurat. spiritui vitali continencium nutrimentum administrat., cor deniq3 ab instrumentis sensibus separat. humorem spumosum generat cordis substanciam localiter circumdat quando aliqua occasione patitur mortem accelerat actionez virtutis vitalis impedit et perturbat Hec omnia dicit constantinus per ordinem

Capitulum tricesimumsextum. de corde.

Cor s̄m ysido. a cura dicitur eo. ꝙ omnis sollicitudo et sciencie causa in eo manet quod quidem pulmoni est vicinum vt cum ira accenditur humidi pulmonis remedio tempore. In medio cor animalis positum est. vt ad omnia corporis membra vitaz influat atq3 motum vt dicit ysido. Est autem cor s̄m constanti. substancia quedam carnea villosa. dura. oblonga. et rotunda Fuit autem cor concauum propter caloris conseruacionem Est enim cor tocius corporis fūdamentum Fuit autem villosum vt facilius dilatando et constringendo se moueretur Fuit eciam durū ne de facili lederetur Fuit etiam rotundum vt maior habundancia spirituum in eo reperiretur Fuit et oblongū et in forma pineum vel pireum sc3 vt tendens in acutuz vt actio caloris naturalis semper in conum tendens. forcior redderetur Ponitur autem substancia cordis inter ambas concauitates pectoris in medio ipsius animalis vt a corde quasi a centro ad circumferenciam tocius corporis spiritus vitalis deferreretur Caput autem cordis quod acutum dicitur. in sinistra parte humidi corporis collocatur et qnia in hac parte cordis acuta plus viget et inhabitat spiritus vitalis. ideo in sinistro brachio pulsus fortissimus inuenitur. vergit autem cor ad sinistram partez hominis vt ipsius calore frigiditas sinistre partis temperetur Habet autem cor duas concauitates scilicet sinistram. que in acumen tendit. et dextram que intra subsistit et he concauitates ventriculi cordis nuncupantur Et inter istos duos ventriculos est vnuz foramen qđ a quibusdam vena. vel via concaua nuncupatur Hoc foramen contra dextram partem est latum. contra sinistram vero ꝑtem strictum Et hoc fuit necassarium vt sanguis a dextro ventriculo veniens subtiliaretur et sic facilius spiritus vitalis in sinistro ventriculo generaretur Dicit enim Aug⁹. lib. de differēcia spiritus et anime ꝙ in dextro vētriculo cordis plus est de sanguine q̄3 de spiritu in sinistro vero econuerso quia ibi spiritus vitalis generatur ad viuificandum animal per quasdam arterias diffusus vndiq3 dilatatur Sinistra enim pars cordis duplex habet foramen. vnum inter arterias vene que portāt sanguinem a corde ad pulmonem.

pulmonem Alteꝝ foramen est. vnde exit arteria maior que est forma arte
riaꝝ tocius corporis per quam pulsus in corde generat᷑ potissime in pte
sinistra ꝓpter cām sup̄dictam Similiter pars dextera duo hꝫ foramina. v
num intra venam que dicitur concaua portans ab epate sanguinē in dex
teram cordis quoqꝫ concauitatem. de altero vero exit vena arterie vt nu
triat pulmonem Cooperiuntur āt foramina q̄busdam pelliculisq̄ aperiūt᷑
sanguinem a corde in spiritum emittendo Deinde claudduntur reditū pro
bibendo pro humido In vtroqꝫ āt cordis ventᷓculo est frustulū quoddaꝫ
exterius quod auricule assimilatur et hec duo frusta cordis aureole nūcu
pantur in quibus vene et arterie radicantur et solidant᷑. habet cor in sua
latitudine quedam ossa cartillaginosa. que cordis sedes appellantur Cir
cuit āt cor quidam panniculus qui dicitur esse capsula cordis et hic cum
panniculis pectoris consolidatur Hic panicul⁹ non nimiū ꝓpe cor iungit᷑
ne forte ei⁹ motus impediretur. qui cordi fuit necessarius vt esset fundamē
tū caloris naturalis vnde animal generet᷑ Hucusqꝫ ꝯst. li. iiij. ca. xxi. Dicit
āt Aris. li. j. ꝙ non est membrū in quo sit sanguis ita infixus sicut in corde.
Sanguis enim in pulmone est frigidus. sed cordi fixus est Iteꝫ idem li. xi
Cor positum est in omni animali in medio pectoris preterq̄ꝫ in homine. qꝛ
cor hominis declinat ad partem sinistram pars āt acuta cordis declinat
ad interius pectoris in omnibus animalibus preterq̄ꝫ in piscib⁹. qm̄ pars
acuta in istis ad ptem capitis dependet in loco coniunctionis branchoꝝ
Item in eodem dicitur ꝙ omne animal habens sanguinem habet epar et
cor Item idem li. xij. In corde enim est principium venaruꝫ et prima virt⁹
creans sanguineꝫ et eius sanguis est mundus clar⁹ calidus et maioris sen
sus et conueniens intellectui Item in eodem. principium sensus animalis ē
in corde et sensus cum corde sunt continui Et iij. et viij. li. dr. Cor ponit᷑ in
anteriori pectoris et in medio. qꝛ principium est vite et omnis motus et ō
nis sensus in eo est Sensus autem et motus non sunt nisi in anteriori par
te cordis. et propter hoc distinguitur medium et vltimum Et anhelitus
primo vadit ad interius cordis. Natura autem creacionis cordis est ex
venis qꝛ ex genere venaꝝ Et situs cordis est conueniens. qm̄ est positum
in loco superiori et in anteriori. qꝛ nobilius ordinatur in loco nobiliori na
turaliter Cor autem inter omnia membra nobilissimū est. et ideo positū ē
in medio corporis quo indigetur necessario. qꝛ animalium est complemen
tū. nec est aliquod membrum ita necessarium ad vitā sicut cor. vnde corde
leso non viuit animal Et iō corp⁹ cordis est in medio et creacio ei⁹ ē in cor
pe spisso et naturalit᷑ concauo. et est ꝯcauū qm̄ ꝑncipiū venaꝝ ē ex eo ad
recipiendū sanguinē spissū aut ad custodiendū ꝑncipiū mot⁹. Et in nullo

membro est sanguis sine venis nisi in corde tm̄.qꝛ exit sanguis a corde et vadit in venas et non venit sanguis ad cor ex alio loco.qm̄ cor est fons ⁊ principiū sanguinis et primū membrū habens sanguinez sicut manifestat̄ ex anathomia qm̄ creacio cordis apparet primo sanguinea et est principiū motuū delectabiliū et offensibiliū Et vniuersaliter mot' cuiuslibet sensus ex eo incipiunt et ad eū redeunt et eius virtus expanditur ad omnia mēbra ꝫm vnum modū In aliquibus autem animalibus inuenitur os in corde ꝓpter sustentamentū eius.sicut ossa ponuntur in membris et in cordis animalium magni cordis sunt tres ventriculi et in animali parui cordis sunt similiter tantum eciam duo ventriculi Et hoc autem ideo debet eē in corde animalis venter.qm̄ cor debet esse locus recepcionis sanguinis puri ⁊ temperati in quantitatem et qualitatem Et est valde calidus et humidus quia cor est membrum in quo est prima virtus hucusqꝫ Aris.li.xiij.vbi mlt̄a dicuntur de hac materia Item idem li.xvi.scꝫ ꝙ cor animalis debet eē ꝯplementū propter hoc creatur cor prius Et propter calorē cordis et exitū venaꝝ ex eo posuit natura membꝝ frigidū ex opposito cordis. scꝫ cerebrū et propter hoc creatur caput in generacione post creacōm cordis Cōtingit āt cor pati vel ex alioꝝ humoꝝ colligancia vt dicit ꝯst.vel ex ꝓpria distemperancia Si enim in corde dominet̄ excedens caliditas.ebullit sanguis cordis et agitat̄ et sic vital' sp̄s ledit̄ Si nimia frigiditate cor ꝯstringit̄ et congelatur sanguis vnde et mors sequitur Qn̄qꝫ eciam patitur ex aliquo apostemate capsulā eius inficiente.qꝛ tunc animal non diu viuit Itē accidit cordi tremor et hoc ex humiditate aquosa in pelliculis cordis dispersa.que debitam eius impedit dilatacionem et constrictionem Vnde videtur infirmo.ꝙ cor de loco ad locū moueatur Item accidit ei defectio ex sp̄uū vel virtutis spiritualis dissolucione et sp̄uū euaporacione Et hoc ꝯtingit vel ex nimia replecione virtutem aggrauante et confundente aut ex nimia inanicione virtutem dissoluente sicut patet in cardiacis et in quibusdam post nimium sudorem.siue nimis acutam potionē Itē patit̄ aliquando ex fumositate aliqua corrupta et venenosa ad cor penetrāte et cordis meat' corrūpente.vnde mors sequitur indelate Itē patit̄ qn̄qꝫ de vene cōcaue opilacione.vnde et sanguis nutrimentū cordis et vitalis sp̄s euagat̄ His et alijs modis cor patitur vt dicit ꝯst.li.ix.ca.xxiij. Dicit ad hec Ga. in tegm̄.ꝙ virtus et ꝯplexio cordis ostenditūr ꝑ hec signa scꝫ ꝑ magnitudinem respiracōis et velocitatē pulsus et frequenciā eius ꝑ virilitatē et festinā adactōm per irā audaciā et furorē per amplitudinē pectoris et ei' pilositatē Hec omnia calorē dominantē in corde signāt Omnia vero signa contraria designant eius ꝯtrarietatē. Super quem locum dicit Haly.in ꝯmento ꝙ cor in homine se hꝫ ad modū radicis in arbore Arteria nascēs ex sinistro

ex sinistro ventriculo similis est trunco vel cruci arboris q̄ elongata a corde ramificatur in duas partes. quarum vna tendit ad sursū alia deorsum. et ille ramificantur et diuiduntur ad modū virge ex ramis per totū corpus vsqȝ ad arterias capillares spsas in cute et quādo dilatatur cor. dilatantur et oēs arterie simul. et qñ constringitur et ipse simul constringuntur et per dilatacōm earum attrahitur aer frigidus ex exterioribus cordis ad interiora eius et in constrictione exprimitur. vilior fumus in eis generatus extrahitur ipsum ad interiora et per hoc eius calor euentatur. et per eius euentacōm. eius complexio adequatur Et vt ait idem virtus motiua que est fixa in corde. currit per arterias ad vnāquāqȝ partem corporis et defert vnicuiqȝ propriā vitā et proprium calorem vitalē Seruit enī pectus cordi se apiendo et frigidū aerē attrahendo et se claudēdo. ac fumosū vaporem generatū ex corde expellendo. vnde si pectus et arteria et alia vitalia instrumenta fuerint salua. obediūt virtutes in operibus suis et qñ sunt infirma non obediunt Vñ bonitas et malicia subministrāciū organorum promouet. vel impedit cor ad suas peragendas actōs. vñ qñ cor est forte et hȝ membra sibi obediencia. bene in dilatādo et constringēdo se habencia. fortis procedit a corde respiracio. et fortis pulsus et fortis operacio secundum bonitatem organi et virtutis Qñ vero virtus ē debilis et remissa non pt extendere arterias in omnes dimensiones vnde sequitur minor respiracio et minor pulsus Item ibidem Si cor fuerit nimis frigidum et nimis humidum et pulsus mollis et erit homo priuatus virilitate et audacia. timidus atqȝ piger et a pilis in pectore nudus propter vaporis fumosi vnde generantur pili paucitatem Si vero fuerit cor nimis siccum et frigidum facie pulsum asperam durum et paruū signat et respiracio tarda est et rara maxime si pectus paruum fuerit atqȝ strictum Hucusqȝ Haly super tegni. Gal. et hec sufficiant.

Capitulum tricesimumseptimum. de anhelitu

Anhelitus cordis et pulmonis est motus. propter attractōm frigidi aeris ad temperamentum innati caloris cum eiusdem expulsione generatus Cor enim nullomō carenciā attrahendi aeris pati pt Si enim per modicum spaciū ab attractione aeris cesseret lederetur vel deficeret Anhelitus ergo contrarios habet motus. quia dilatando pulmonem aerem trahit et constringendo expellit Anhelitus ita quē caloris cordis per attractōm aeris temperatiuus et expellendo vaporem fumosum eiusdem purgatiuus Est eciā aalis sps vitalis et nutritiuus Itē fortitudine vel debilitate consistencie spumalium ostensiuus sicut superius de pulmonis proprietatibus dictum est Item in anhelādo plus de spiritu attrahitur q̄ expellatur. pars enim non modica transit in vitalis spiritus nutrimentum

mentum Infra enim pulmonem se recipit et tam diu animal sine suffocacō ne viuit q̄ diu inter instrumenta anhelitus spiritus se includit Itē pacien tib' instrumentis an helitus spiritus corrumpuntur et ẜm qualitatez orga ni pacientis immutatur vt dicit constan. Patitur autem anhelitus quan doqꝫ ex defectu virtutis mouentis neruos et regentis. quandoqꝫ ex sti pacione instrumentoꝝ spiritus que prouenit ex grossis humoribus vel ex grossa ventositate viam anhelitus opilante. vel ex aliquo apostemate pul monis panniculos cordis aggrauāte. siue ex nimio calore cordis in pl̄mo nis substancia dominante. ex quibus omnibus debilis redditur anhelitus atqꝫ rarus Si autem fuerit velox et paru'. calorem alienuꝫ signat. qui vir tutem suffocet et potissime vincat Si tactus fuerit calid' et sitis ac lingue desiccacio subsequatur Anhelitus vero paruus et frigidus et in acutis fe brib' signum mortis est Eius enim tarditas defectuꝫ virtutis designat ex pulsu. frigiditas vero extinctionem signat caloris naturalis et defectum virtutis in substancia cordis et instrumentorum spiritus Item immutatur anhelitus ex membrorum interiorum vniuersali corrupcione vt patet in le prosis quibus anhelitus fetidus est et corruptus ⁊ aeris vicini corruptiu' Unde talium flatus solet esse appropinquancium corruptiuus et infectiu' Inficit enim aerem vicinum et reddit corruptibilem sicut sibulus regni flā do aerem corrumpit et aues volantes interficit vt dicit Auicen. et cōstan.

Capitulum tricesimumoctauuz. De stomacho

Stomachus grece os dicitur. eo q̄ sit ostium ventris et ipse ci bum recipiat atqꝫ ad intestina transmittat vt dicit ysidor. Est autem stomachus ẜm constan. rotundus oblongus concauus interius asp in fundo et carnosus duo habens orificia. vnum in ferius alterum superius Est autem asper et villosus vt cibum receptuꝫ me lius retinere possit Nam si esset lubricus et in superficie planus. ex sua lu bricitate cibus exiret indigestus Fuit autem et carnosus in fundo. vt di gestio confortaretur. Caro enim calida et eciam humida. ex quibus e nim qualitatibus maxime viget digestio in corpore animalis. Rotun dus autem fuit vt capacitate cibum reciperet ampliorem. Preterea quo qꝫ si alterius esset figure scilicet triangularis vel huiusmodi humores ma li in eo de facili ad putredinem colligerentur cum talis forma non posset a superfluis propter angulos desiccari. Oblongus eciam fuit ne nimia ro tunditate sua spiritualia comprimeret. Et vt eciam tanto facillus cum superioribus et eciam inferioribus iungeretur. Preterea enim stomachus precipue quoque humanus in parte videlicet superiori est strictus. In parte videlicet inferiori latus. et hoc quoqꝫ fuit necessarium. Quia enim

cum homo

cū hō ceteris animalib⁹ sit erect⁹. cibus eius sp̄ ad inferiora descendit. et idō
vtilis fuit eius inferior latitudo: vt in eo recipi possit cibi multitudo Item
neruosus ē ꝓpter maiorē sensibilitatis et appetit⁹ vigorositatē. Epate eciā
circūdatur. vt ei calor maior ad ciboꝝ decoctōm ab epate ministraret. E
par em̄ suis quinq; fistulis. stomachū circūcingit et ei calorē tribuens. suc
cositatē et humorē vnde sanguis generat̄ per q̄sdā venas q̄s musaydas
medici vocant recipit et a forciori caloris actōe in sanguinē alterat et con
uertit Ad hec dicit ꝯst. ꝙ si stomach⁹ fuit substācialit̄ calid⁹. cibos grossos
bn̄ digerit. delicatos vero consumit et pl⁹ digerit q̄ȝ appetit et ꝓpter simili
tudinē. cibos calidos maxime q̄rit. nec famē sustinere p̄t. Frigid⁹ vero sto
mach⁹ grossi cibi non est bene digestiu⁹ et ex eis cito grauat̄ et eos cito mu
tat in hūores acidos et corruptos Stomachus vero sicc⁹ cito sitit nec pa
rū aq̄ sufficit. q̄ si superflua fuerit rugitū in ventre facit. Qd̄ si fuerit hūid⁹
stomach⁹ non sitit humidū cibū appetit. sed parū digerit hucusq; ꝯst. li. j. c.
xiiij. accidunt āt stomacho vt dicit idem li. ix. ca. xxvi. diuerse passiones scȝ
mala digestio fumositas diarria vomitus singultus inflacio ructuacio et
hec ex diuersis accidunt causis Quia quandoq; ex mala ꝯplexione. qn̄q;
ex nimia inanicione. qn̄q; ex nimia replecione. qn̄q; ex nimio hūoꝝ acumie
qn̄q; ex cordis putrefactione. qn̄q; ex virtutis digestiue defectione. qn̄q; ex
cibi q̄litate qui sit pungitiuus stomachus pungit̄ et ad exeundū ꝯpellit̄.
aut si viscosus lubricatur et sic de facili egredit̄. quandoq; ex virtutis expl'
siue nimia debilitate non solū ex se patit̄. verum eciam ex alioꝝ membroꝝ
colligancia et vicinitate Stomach⁹ enim est tocius corporis pr̄familias.
omnium membrorum nutrimentum recipiens et singuloꝝ membroꝝ ꝓvt
expedit administrans necessitati vt dicit idem constantinus.

Capittulum trice͛simumnonum. De epate.

Epar siue iecur nomen hȝ: eo ꝙ ignis in eo sedē hȝ q̄ vsq; ad cē
brū subuolat et deinde ad oculos et ceteros sensus et membra
se diffundit et calore suo siccū sibi attractū in sāguinē trāsmutat
qd̄ ad vsū pascendi nutriendiq; corpus simul membris admini
strat vn̄ epar d̄r. qr talia mēbra pasc̄ In iecore sedes ē voluptatis et ꝯcu
piscencie. c⁹ extremitates fibre vocant̄ q̄ sunt q̄si lingue eminentes et stoma
chū amplectentes calorū ad ciborum digestionem deferentes. vel exhibē
tes et dicūt̄ fibre. qr ad aras phebi ab ariolis defereb ant̄. qb⁹ oblatis et
succensis responsa dabantur hucusq; ysi. Est autem epar vt dicit constan
membꝝ calidum concauū et lubricosū. in dextero latere animalis colloca
tū. stomacho suppositū vt suo calore p̄mā iuuet digestionē Est em̄ sāguine
ū et in colore rubicundū. qr succositas eius nimia caliditate in humorem
sanguineum

sanguineum est transuersa. Aliquantulum est eciam durum ne de facili le
datur. uariatur enim epar in hominibus in quantitate et parciuȝ multitu
dine. quia in hominibus est maius q̃ȝ in alijs bestijs eiusdem quantitatis
Neruus parcium eius in quibusdaȝ est duplex et hoc ad minus. in quibus
dam triplex vel quadruplex vel ad maximum quintuplex inuenitur. A lata
autem epatis concauitate progreditur quedam vena. que a medicis por
ta nuncupatur et hec antequam exeat in quinqȝ diuiditur venulas quinqȝ
ptes epatis intrantes Epar enim succositateȝ prime digestionis per quas
dam venas in sua concauitate attrahit et per caloris naturalis ebullicōȝ
celebrat digestionem. secundo in massam sanguineam et quatuor humoꝝ
naturam conuertit Quod enim calidum est et humidū transit in materiaȝ
sanguinis. cuius receptaculū sunt vene quod āt calidū et siccū ē in naturā colē
cuius ꝓpriū receptaculū est cista fellis. qd vero frigidū et siccū in materiā
cedit mlīe cuius ꝓprium receptaculum est cistula fellis quod vero frigidū est et
siccum in naturā cedit melācolie cuius ꝓpū receptaculū est cistula splenis
Sed quod est liquidum et aquosum in humorem transit fleumatis cuius propriū
receptaculū est pulmo Ex q̄ pȝ q epar naturalis virtutis est principiū fū
damentū prime digestionis in stomacho maximū iuuamentū. secunde vero
digestionis in substancie sue concauitate est perfectiuuȝ puri ab impuro se
paratiuum. singulis membris nutrimenti transmissiuum amoris veneri ex
citatiuum. diuersarum passionum receptiuum Patitur enim quandoqȝ ex
nimia caloris intensione Unde et pori aperiuntur interius ex quorum ap
cione virtus euanescens remissius operatur. quandoqȝ ex nimia frigidita
te conuersionem attracte succositatis in naturam sanguineam impediente
et hoc sepissime contigit ydropisim generari. cum ydropisis nihil aliud sit
sm platonem nisi error virtutis digestiue in epatis concauitate. hac enim
virtute errante et in sua operacione deficiente. necesse est sanguinem corrū
pi quo indigesto corpus qd inn nutrit intumescendo extendit vn̄ et ydropisis
generat Item patit epar ex substancie sue mala complexione et hoc sm hūo
ꝑ. iiij. distemperanciam in ipsius essencia dominanteȝ Item patitur ex via
rum eius opilacione. Contigit enim sepe humorem grossum et viscosum
in venis epatis adunari Unde cum sanguis clausus exire non potest cau
sa est constrictionis et opillacionis Ideȝ eciam accidit ex nimio calore hūo
rem sanguineū desiccante et sbam venarum epatis ꝯtrahente q non pt sā
guis libere diffundere ad alia membra corporis nutrienda Hoc idem au
tem aliquando potest contingere ex nimia frigiditate humores ꝯgelante
et meatus epatis constringente et ad membra nutrienda discursuȝ sāgui
nis prohibente. Item idem eciam accidit ex apostemate substanciam

epatis

epatis aggrauante et putredinem in ipsius substancia generante. Item idem accidit ex inclusa ventositate pelliculas ipsius epatis extendente et ex membrorum inordinacione dolorem et merorem inducente Item sepe patitur ex immoderato fluxu sanguinis qui accidit ex venarum ab ipso egrediencium apercione et hoc conuenit ex nimio sanguinis acumine. vel ex nimia replecione vel ex debilitate virtutis retentiue vel ex nimio exercicio et labore sicut dicit constantinus. ad hec de natura et signis complexionis epatis dicit Galien. in tegni. Signum epatis quando est calidum et amplitudo venarum non pulsabilium. super quem locum dicit haly. quando dominatur et vincit calor in epate fit epar maius et vena eius maior dilatatur et magnificata est. Magnificantur omnes vene non pulsatiles in omnibus membris et calefit sanguis et generatur quandoque colera citerna et per processum temporis post statum adolescencie aduritur colera citerna et fit ex ea colera nigra et diuerse aliquando ex tali colera accidunt passiones. aliquando autem ex nimio calore epatis cordis resistit frigiditas. nam a corde velud a membro superiore et nobiliore epar in suis actionibus moderatur et hoc idem dicit Aris. libro decimotercio vbi preponit cor epati tanquam principium eius regitiuum Item dicit Galienus quod frigiditas epatis ex calore temperatur. et signum frigiditatis et siccitatis epatis est strictura venarum et paucitas sanguinis sicut humiditatis eiusdem signum est mollicies venarum et sanguinis multitudo. Item idem dicit haly quod epar est fons humiditatis corporis. vnde cum sit radix humoris si sit epar siccum non poterit aliquod membrum corpus conuertere ad humorem vel humiditatem vt eius possit resistere siccitati Intenditur autem et remittitur siccitas et humiditas epatis secundum cordis disposicionem Epar ergo est membrum mobile cuius alteracione alteratur corpus et influit nutrimentum et virtutes nutritiuas et in membra reliqua inferiora sine medio. ad superiora vero mediante corde secundum iudicium Gal. E conuerso autem ponit Aris. lib. xiij. quod cor facit omnia predicta mediante epate. que autem verior sit opinio aliorum iudicio derelinquo Et hec de proprietatibus epatis dicta sufficiant.

Capitulum quadragesimum. de felle.

Fel est dictum eo quod sit folliculus. gestans humorem ex dominio colere rubee amarissimum vt dicit ysidorus. Est enim cistula fellis quedam pellicula super gibbum epatis collocata. et habet duos surculos. per vnum deportatur colera rubea ad intestina vt per ea virtus

virtus enim expulsiua confortetur vt eciam acumine suo intestina melius expurgentur. Per alium autem deportatur colera ad stomachum vt sua caliditate virtutem adiuuet digestiuam. Est igitur eciam fel membrum calidum et eciam siccum. gibbo quoque epatis suppositum est proprium colere quoque rubee receptaculum. Cuius autem iuuamentum vt sanguis a colera rubea mundificetur. sanguis enim ex presencia colere incenderetur nisi infra cistulam fellis eius superfluitas locaretur Est autē sua caliditate decoctionis cibariorum iuuamentuʒ sua subtilitate penetratiuuʒ sua mordificacōe et acumie pungitiuū et itestiorū corrosiuū. et ad superflua ac fetida eijcienda excitatiuum. et eciam ex nimia caloris intensione amarissimum. et per sui admixtionem dulcedinis sanguinis immutatiuum. hucusqʒ constan sm Aris. in li. tercio. delphinus non habet fel genus omnium volatilium et omne genus piscium et omne ouans habet fel. Sed sm maius et minus et forte erunt in vijs subtilibus extensis ab epate vsqʒ ad intestinum Iste vie fortassis erunt fetide et forte erit in tali intestino ꝛ diuersificatur quia quandoqʒ in superiori quandoqʒ in medio. et quandoqʒ in inferiori. et quedam volatilia habent fel occultatum intestino vt columbe coturnices et hyrundines. quedam habent fel magnum in epate ꝛ in ventre et intestino sicut ancipiter miluus Item Aris. li. xiiij. animalia quedam non habent fel omnino sicut equus et mulus et asinus et elephas. camelus eciam non habet fel distinctuʒ sed habet venas paruas in quibus est fel Item quidam homines hn̄t magnum fel in epate. et quidam non. Et est fel quoddam superfluum aggregatuʒ sicut fex in ventre illo tamen superfluo vtitur natura ad aliquod iuuamentum. in illis auteʒ qui habēt naturam epatis sanam et quorum sanguis naturaliter est dulcis non inuenitur fel. aut si inuenitur erit paruum et hoc in venis valde gracilibus et propter hoc erit epar eorum qui carent felle boni coloris et dulcius alteri quando autem habet aliquod animal fel inuenit᷑ qd est sub felle valde dulce. nam per collectioneʒ fellis ad locum vnum alie vicine partes reddunt᷑ dulciores Fel eciam ex sue substancie subtilitate acumine est grossoruʒ humorum inscissiuum et sua siccitate consumptiuum Unde in collis oculoruʒ est necessarium ad visum clarificandum et acuendum ad impedimentum spiritus vitalis remouendum et maxime fel ancipitris et aliarum volucrū viuencium ex rapina sicut in vlatico constantini. tangitur ex feruore autem nimio et ebullicione fellei humoris ad epar redeuntis bullicione inficitur sanguis qui infectus ad nutrimentum membrorum transmissum ea immutat et etiam ea inficit et cuti croceum colorem videlicet vel viridem. siue eciam nigrum superinducit. Cuius autem passionis quedam signa.

sunt

sunt ista . tocius corporis infectio . sitis adest et oris amaritudo . dolor frontis . aurium videlicet tinnitus . et vrina crocea cum consimili spuma continua vomitus croceus Aliquando eciam contingit poros cistis fellis opilari Unde colera inficit ipsum epar ac consimilem inducit passionem . vnde constan. in viatico dicit quando patitur fellis substancia id est cistis et deficit virtus eius qua solet ab epate coleram rubeam extrahere remanente colera cum sanguine tingitur et alteratur Idem eciam contingit qn do apostema est natum in vijs per quas colera ad fel transit. vñ ad epar rediens per totum corpus cum sanguine se diffundit quia sepius inferior opiletur quod ascendit ad viam superiorem scilicet ad ipsum stomachum. vnde facies fit cetrina. os amarum et siccuȝ. in stomacho ardor et sitis. vrina cum egestione albescit propter elongacionem colere ab epate et renibꝰ vbi vrina solet surgi. si vero porus superior opiletur colera cigit inferiora et apparent signa que prioribus sunt contraria vt idem dicit constantinꝰ. Et hec de felle dicta sufficiant et cetera .

Capitulum quadragesimumprimum . de splene .

Splen est dictum a supplendo quia partem sinistram iecori otrariam supplet ne vacua existeret quoniaȝ quidam causum risus cẽ existimant. naȝ splene ridemus. felle irascimur. corde sapimus. cerebro sentimus. iecore amamus. quibus constantibus sanum ẽ animal et integrum vt dicit ysi . Et ẽm constantinum splen in sinistra parte collocatur cuius forma naturaliter est oblonga et parum versus stomachum cõcaua et versus costas est gibbosa In his duobus locis quibusdã panniculis colligata Et dicitur splen duas habere venas. per quarum vnam coleram magnam a sanguine epatis sibi attrahit. per aliam vero qn tum sibi sufficit ad stomachum transmittit vt eius appetitus confortetur. Splenis igitur est iuuamentum vt ei in sinistra parte corporis defectum suppleat et ex opposito ad conseruacionem stomachi iecori respondeat vt propter mundificacionem epatis sanguis feces sibi attrahat et quantum ad appetitum sufficit confortacionem stomachi transmittat Est igitur substancia splenis rara et spongiosa propter faciliorem humoris feculenti attractiõm remissionem. et est nigra propter melancolie nature cuius est receptaculum assimilacionem Est etiam a sinistris inter costas et stomachuȝ posita propter sinistre partis temperanciam et infrigidacionem ac propt̃ conseruandam stomachi coniungitur calefactionem. aliquantulum est dura ne de facili ex quantitate humoris feculenti contrahat lesionem . contingit autem eciam splenem pati quando ex virtutis contentiue defectione . et hoc autem quando non sufficit humorem attrahere videlicet.

vel at

vel attractum ad locum alium destinare Item quandoqꝫ ex opilacōe qñ scꝫ humores grossi et viscosi in vijs splenis opilantur et adunantur Und et eius actiones impediuntur Item quandoqꝫ ex nimia humorum repleci one qꝛ humores ad splenem constringentes propter sui similitudinem at trahuntur et sufficienter non euacuantur vnde inuiscantur et in concauita te splenis indurantur intantum vt ipsius splenis substancia crescere vide atur sed ꝭm sentenciam ypocratis si splen sit magnum corpus marcessit. et si splen marcessit corpus inpinguescit Unde ipsius splenis mediocritas ad paruitatem pocius q̄ʒ ad magnitudineʒ intendens bonitatem compl exionis designat vt dicit constan.lib.nono ca.xxvij.

Capitulum quadragesimum secundū. de visceribꝰ

Viscera ꝭm ysi.inferiora dicuntur ꝓprie intestina membris vitali bus subdita et subiecta que quidem dicūtur intestina quia que dam interiori nexu quadam familiari reuerencia sunt superioꝝ membrorum culcitra et eorundem quedam necessaria instrumē ta Et dicuntur viscera quasi vitalia qꝛ locis vitalibus circa precordialia vbi gignitur vita sunt interioribus circumfusa hucusqꝫ ysi. ꝭm ꝯst.autem intestina quedam sunt membra interius mutuo se tenencia concaua rotun da per ventris longitudinem et latitudinem collocata.quorūʒ composici o et substancia stomacho assimilatur Sunt autem numero sex principalia intestina quorum tria sunt subtilia que superius sunt iuncta.tria vero sunt grossa ab inferiori incipiencia.primum ĩn testinum trium subtilium vocatur duodenum quia in sua longitudine ꝭm mensuram cuiuslibet hominis est duodecim digitorum et hoc super dorsum erigitur et in nullam aliam par tem retorquetur secūdum vocatur ieiunium quia semper a cibis ē vacuū et dicunt sapientes et experimentatores ꝙ mortuo animali semper inueni tur illud vacuum.dicunt tamen illi qui quod hic dicitur ab anathonicis. quia a se omnia eijciens nihil de acceptis ad sui retinet nutrimentum.terci um subtile est appellatum secundo simillimum sed tamen nunquam sine cibi corpulencia est inuentum Inter grossa vero intestina primum vocat orbū et in subtili extremitate habet os vnum et est illud intestinum sic vocatum eo ꝙ ipsum sit orbatum id est quasi viduatum ab altero orificio Cum eñ cetera intestina duo habent orificia illud habet vnum solum. et ideo se habet ad modum sacci quia multa recipit et pauca respectu aliorum eij cit vel emittit.secundum vero intestinum sub orbo siue sub sacco positum dicitur yleon et hoc a dextera in sinistram tendit et dicitur yleon eo ꝙ in eo intestino yliaca passio fieri consueuit tercium intestinum vocatur a grecis colon. et hoc eciam immediate cum inferiori tocius corporis orificio.

orificio est coniunctum.et in hoc intestino grauissima passio scz colerica ge
neratur.vel ex ipsius intestini nimia constrictione vel alicuius grossi et frigi
di humoris coadunacione et per consequens viarum illius intestini intrin
seca opilacione sicut narrat const.et eciam Gal.super ampho. Patet igitur
ex predictis ad quid necessaria sunt intestina.qr cibum immutant et in sua
concauitate superflua recipiunt ad nature exhoneracionem.ad hoc eciaz
sunt necessaria viscerum rotunditas gibbositas et volubilitas vt dicit cst.
vt cibus transmissus a stomacho in eorum gibbositate aliquantuluz inhe
reret et s̄m animalis necessitatem superflua expelleret ⁊ necessaria retinerz
Fuit autem rotunda ne a stomacho in aliquo angulo superflue collecta r̄
manerent que correctionem inducerent intestinis Sunt eciam intestina du
obus panniculis minimis vel ad minus inuoluta.et hoc fuit necessariū qr
si vnus panniculus pateretur ab altero panniculo subueniretur Sunt au
tem intestina aliquantulum villosa et eorum villi per latum eciam extēsi vt
fecis superfluitatem expellerent et necessaria nutrimento conueniencius re
tinerent Sunt autem viscera siue intestina inuoluta adinuicem et connexa
ita vt minora maioribus et graciliora et debiliora grossioribus et forcio
ribus immutantur vt sic actiones virtutis naturalis et in expellendo sup
flua et in recidendo necessaria apcius perficiantur Dicit eciaz Aris li.ij. ꝙ
s̄m varietatem dencium in mandibulis animalium variantur in quantita
te et qualitate natura intestinorum Vnde dicit ꝙ intestinum omnium ani
malium habencium dentes in vtraqꝫ mandibula est minus intestino non
habencium et nullum animal habet intestinum rectum nisi habeat dentes
in vtraqꝫ mandibula Item ibidem venter serpentis est strictus et est simil'
intestino amplo.et si fuerit naturaliter paruus habet fel i intestinis et si fue
rit magnus super epar Item idem li.xiij.omnia animalia ampli et recti in
testinis sunt gulosa valde quia propter diminucionem visus cibi et in dige
stionem eijciūt superfluitatem cibi indigestam et cito exit cibus et ideo ap
petunt multum et continue querunt cibum.contingit autem pati viscera et
intestina multipliciter dicit constan.lib.ix.ca.xxvij. Quandoqꝫ ex colerico
humore vel e melancolico substanciam intestinorum corrodente et fluxuz
dissenterie inducente et hec passio pessima est et mortifera ut dicitur in am
pho.Solucio ventris in cuius inicio colera exit nigra est mortale Itez q̄n
doqꝫ ex ipsorum viscerum interiori punctura et vulneracione.et hoc vel ex
teriori apostemate putrefactionem et puncturam in panniculis ipsorum
viscerum inducente vel ab exteriori lesione Item quandoqꝫ ex interclusiōe
vnctuositatis panniculos et neruos eos extendente et ille dolor grauis ē
intantum vt aliquando intestina penetrari videantur Item quandoqꝫ ex
humore grosso et fleumatico inferiores partes intestinorum obturante et
stercorum.

stercorum exitum prohibente et yliacam passionem vel colericam inducente
Unde hic morbus pestilencialis est et mortalis raro sanitatem suscipiens
et sepe die secundo vel tercio interficiens nisi celerius succurratur Ceteras
intestinorum passiones quere infra in tractatu de infirmitatibus de coleri
ca passione. et cetera .

Capitulum quadragesimumtercium. de renibus.

Renes vt ait varro sunt dicti eo quod obseni humores ab his nas
cuntur nam vene et medulle tenuem humorem desudant in re
nibus qui liquor rursus a renibus a calore venereo resolutus re
currit et ad loca genitalia se diffundit vt dicit ysi. Locus autem
in lateribus spondilium dorsi in quibus est sedes renum dicuntur lumbi
qui secundum ysi. ob libidinis lasciuiam lumbi sunt dicti quia in viris a renibus
et lumbis est causa veneree voluptatis De renibus autem dicit consta. quod
fuerunt facti vt ab epate aquaticū sanguinem sugentes eum depurgarēt
et eius cal amentum scilicet vrinam ad vesicam per meatus vricides id est
vias vrinales transportarēt quod etiam dicit haly. super tegn̄. ordinauit in
quit creator summus duos renes vt attrahāt aquositatem sanguinis ab
epate et eam transmittant ad vesicam expulsionis gracia quia dicit Aris.
li. xiiij. Renes inquam fuerunt creati propter vesicam vt si opus vesice eēt
melior et perfectior. quia renes sunt ad tollendum superfluum humidi de
ferentis decurrentis ad vesicam Item idem renunculus dexter alcior sinis
tro est in omni animali habente renes et hoc quia calor in dextera parte
forcior est vel superior Item idem in omnibus animalibus renes habenti
bus renunculus dexter est minoris pinguedinis quam sinister et alcior quoni
am natura in dextera parte leuior ē et maioris motus et caloris. calor au
tem dissoluit et consumit pinguedinem Item renes sunt de vltimis membris
interiorum et propter hoc indigent magno calore . Recollige igitur quod re
nes sunt calidi et natural' caloris conseruatiui frigiditatis et dorsi spondiliū sūt
tēpatiui a concauitate epatis aq̄si humoris attractiui. sanguinis collatiui
virtutis naturalis confortatiui hūoris seminalis generatiui porosi rotundi
pinguedine cooperti carnosi quippe sunt et porosi propter faciliorem aq̊se
superfluitatis attractionem. rotūdi ne colligant aliquem humorem ad pu
trefactionem pinguedini sunt muniti ex frigiditate ossium dorsi aliquā susti
neant lesionem Recipiunt autem renes quasdam venas stomachi ab epa
te egredientes quibus humor in secunda digestione superfluus defert̄ ad
ipsos renes. vnde opilatis illis venis et in suo officio impeditis renes vna
cum epate paciuntur Accidunt aliquando in renibus varie passiones vt
dicit const. lib. ij. ca. xxxiiij. quod si vene epatis precludunt̄ ab hūore sāguineo
ad sui.

ad sui nutrimentū depauperantur. vñ necessario extenuant. si vero meat⁹ eoꝝ inferiores calores et frigore ɔstringantur ex pñcia hūoris supflui eo ꝝ sᷣdam subintrantis mut⁹ extendunt et dilatant et per ɔñs corrūpunt vł in hūores desiccati putrificantur et in calculis ɔuertantur multis eč aliis mōis paciunt sicut ex apostemate venenositate frigore nimio vel calore.

Capitulum quadragesimumquartum. De vesica.

Vesica ſm ysi. a venti capacitate est dicta. naȝ per venti contrac tōm apit et dilatat sicut ecōuerso per venti emissionē ɔtrahit ꝛ artat. | vocat āt vesicula p diminucōm a vesica dicta q̄dā pelli cula pendens in gutture auis sicut bursa in q̄ voluc ꝑmo reci piunt cibaria que in predicta vesicula digestioni secūde in iecore faciente sepantur et in eodem folliculo tanq̄ȝ in ꝑmptuario ꝓprio ɔtra futurā esu riē reseruant. ȝ vesica ꝓ vt hic sumitur ſm ɔst. ē pānicul⁹ dur⁹ rotund⁹ ɔca u⁹ sicut fact⁹ in omni pte clausus excepto solo orificio sup̄iori. Fuit āt sᷣa e⁹ dura nc acumine vrine c⁹ ē receptaculū lederet. Fuit āt ex ōni pte clausa i ferius vt liq̄r subito attract⁹ inuolūtarie expelleret. Vñ p vnū et idē fora men vrina ingreditur p qd̄ egr edit vt pȝ in anathomia. Fuit eč rotundū vt in augmentū calamenti sanguinis dilatet et ad ipsi⁹ susceptōm capacōr redderet. dicit em̄ Aris. li. xiii. q oē animal hñs pulmonē multū sitit et ꝓpē hoc indiget cibo hūido pl⁹ q̄ȝ sicco et iō fuit necessaria vesica ad recipiēdū h⁹ supfluitatis hūiditatē. Itē ibidē nullū animal hñs plumas aut scamas aut cortices siue testas hȝ vesicā ōnino ꝑter torturā marinā aut siluestreȝ nā supfluitas i hmōi aialib⁹ trāsit i nutrīmtū plumaꝝ ꝛ scamaꝝ et hmōi. Itē ibidem li. iii. oē animal generans hȝ vesicā. ouans āt nō ꝑterq̄ȝ gen⁹ lacer taꝝ et non exit vesica mortuoꝝ et forte aggregat in vesicā et supfluitas sicca et ex eo contingit lapis. Item ibidem li. vi. in animali omni carente ve sica est vna via apparens exitus culoris et superflue humiditatis.

Capitulum quadragesimumquintum. De vrina.

Vrina ſm ysaac ē colamētū sanguinis et alioꝝ hūoꝝ ex actōe nate generatū nā ab epate sūit iniciū ȝ in renib⁹ recipit sᷣam ꝛ colorē. aq̄sa em̄ sᷣa sanguinis p q̄sdā venas subtiles trāsmuta t ad renes nutriendos. vñ cū ad renū deportata fuerit regioēȝ vbi colat et ad modū seri eliq̄ti depurat et vi caloris epatis et renum tin git et colat et sic desudās p porosvricides in vesicā in ipsi⁹ ɔcauitate adu natur. Unde hec substancia humida et liquida a vesica emissa est vrina sic dicta quia est vritiua et mordicatiua q. vt dicit Egidius quod tangit mor det desiccat ꝛ vrit. vritiuā em̄ ꝛ desiccatiuā hȝ naturā. vñ viceȝ ɔtra scabiē

serpiginem

serpiginem et impetiginem.cõtra pusculas et vesicas si pacieus inde se ab
luerit.in potu spleneticis confert mundat vulnera putrida et loca saniosa
Cum felle eciaz ancipitris colliriata et oculis caute linitis immissa pannũ
corrodit et delet maculas oculorum.sicut expresse dicit const.et Hal. Et iõ
vrina non est abhorrenda qz in multis vtilis est et accepta Dicitur eciam
vrina ab vrith greco id est demonstratiua demonstrat enim interiora.q̃a
vt certificemur de interioribus vrine inde consultamus.demonstrat enim
virtutem naturalem in epate et in alijs membris inferiorib⁹per vrine sub
stanciam et colorem et maxime per eius sedimen siue subsistenciam quam
medici ypostasim vocant certificamur Nam si fuerit illa residencia in fun
do vasis pinea coadunata non diuisa fortitudinẽ designat virtutis et cõ
pletam actionem caloris naturalis in ipsis mẽbris. Per mediam autez re
gionem vrine quã medici enormiã dicunt de media regione corpis id est
de corde et sibi adiacentibus iudicamus Qui si vrina in medio fuerit in co
lore et substancia bene disposita non liuida non volubilis aut obscura. vl'
obumbra spũalia membra iudicat esse sana Similiter p ptez vrine supiorẽ
quã nephilem nũcupant de fortitudine virtutis animalis in regione capi
tis pronosticamus Nam si non fuerit circulus nimis grossus. non igneus
non liuidus non viridis.non granulos⁹.sed in colore et substancia tempa
tus cerebrz et oĩa alia mẽbra animali virtuti seruiencia denunciat eẽ certa
Si vero ɔtraria signa fuerint in vrina ɔtrariaz designant corporis dispo
sicõm Judicat̃ ãt precipue vrina ſm sbam et colorem Nã aliud signat q̃n
do tenuis est in substancia q̃m humoris dominantis siccitatem.aliud q̃n ẽ
mediocris qz tunc designat temperamentũ siue eq̃litatẽ et mediocritatem.
ſm colorem ãt iudicat̃.qz multi sunt colores scz viginti vt dicit ysaac et E
gidius quorum quidam caloris vel frigiditatis intensionem alij remissio
nem alij mediocritatem pretendunt Nã renis siue calorez designant glau
cus lacteus et huiusmodi Intensionem vero a rupho superius Mediocris
vero subcitrinus et subrufus Inter quos quidam designant mortificacõz
vt niger viridis liuidus.quidam indigestionem albus lacteus glaucus.q̃
dam digestionis imperfectionem et imperfectam inchoacionem vt subpal
lidus.pallidus Quidam perfectam digestionem vt citrinus rufus.quidã
excessum siue excedentem intencionem vt subrubicundus rubicundus .qui
dam adustionem vt in opostiañ. Quidam superadustionem et mortificaci
onem vt niger viridis Nigredo tamen causatur quandoqz a frigiditate
calorem naturalem penitus extinguente.sicut pretendit liuiditas sed quã
do procedit ex vltimata adustione tunc procedit viriditas . Istorum au
tem colorum causas differencie non pertinet ad hoc opus sed qui eas sci
re voluerit libros ysaac.et theophili.constan.egidij.legat.in quibus trac
tatur

tatur perfectissime de vrinis sed ista ad presens hic sufficiant.

Capitulum quadragesimumsextum. de ventre.

Venter vterus et aluus inter se differunt vt dicit ysi. venter enim est qui acceptos cibos digerit et apparet extrinsecus. Et est dictus venter eo quod per ventrem veniat cibus ad totum corpus. Aluus est qui cibum recipit et purgari consueuit. Vterum sole mulieres habent in quo concipiunt et dicitur vterus eo quod fetus impleatur interius vt dicit ysi. Est igitur venter nutrimenti tocius corporis receptaculum vt dicit const. membrorum nutribilium sedes prime digestionis et secunde fundamentum. cuius creacio est carnosa calida et humida et hoc propter digestionis necessitatem panniculis diuersis circumdatur propter interiorem conseruacionem cuius disposicio est rotunda. propter liberiorem ciborum nutribilium collocacionem. Oblonga fuit propter faciliorem ipsius cum superioribus et inferioribus coniunctionem siue colligacionem. Medium enim locum in corpore sibi vendicat. vt nutrimentum inferioribus et superioribus membris distribuat et transmittat. Est igitur venter inter omnes partes corporis mollior et infirmior et tamen ceteris est vtilior. Nam tanquam nutrix corporis pro omnibus alendis corporis membris recipit et decoquit et ad singula membra debita nutrimenta deriuat et transmittit. Superfluitates multas propter aliorum membrorum nutrimentum in se recolligit sed eas diu ferre non sustinens ipsas a se reijcit et repellit. Ex mala disposicione membrorum nutribilium que intra se continet. diuersas infirmitates contrahit aliquando et incurrit. que quidem passiones tanto sunt periculosiores quanto ventris alijs vitalibus sunt propinquiores. Patitur siquidem sepius propter nimiam repulsionem et tunc non curatur nisi per contrariam euacuationem. Et econuerso quando molestatur propter nimiam inanicionem ei succurritur per contrariam repletionem sicut dicitur in amphorismis. Quecumque enim egritudines ex plenitudine fuerint euacuacio sanat. et quecumque ab inanicione soluit plenitudo. Item actiones ventris secundum diuersitatem temporis variantur. Nam in yeme naturalis calor in interioribus ventris conclusus forcius operatur. vnde appetitus in yeme magis accidit et digestio forcior generatur quia vt dicitur in Amphorismis. ventres in yeme et vere sunt calidissimi natura et sompni longissimi.

Capitulum quadragesimumseptimum. de vmbilico.

Vmbilicus medius est corporis locus sic dictus quasi duorum vmbus sicut vmbus in medio clipeorum locus est dictus. Ex vmbilico enim infans in vtero pendens nutritur. Est enim vmbilicus secundum constan. ex neruis venis et arterijs compositus. quo

mediante

mediante fetus sanguinem subtilem attrahit et suggit. et per ipsas arteri-
as spiritum recipit Rumpitur autem vmbilicus iuxta matricem dum fet⁹
egreditur et cum fetu exit. quem obstetrices ligant quatuor digitorum lõgi
tudine et ex hac ligatura fiunt extremitates vmbilici et rotũditates Huc
usqȝ dst. super Eze. autem xvi. dicit Jero⁹ sic. Naturale est infãtibus ortis
primo vmbilicum prescindi. deinde ad sanguinem diluendum aqua laua
ri. tercio humorem puulorum sole siccari. quarto tenera corpora pãnis strin
gi ne membra diffluant et sic deprauentur Jbidem eciam dixit glosa Gre.
ꝙ vmbilicus est quo fetus alicuius in vtero sicut arbores et virgule per
radices humore occulto terre nutriuntur Jn vmbilico autem sita sũt geni
talia mulierum. sicut in lumbis genitalia virorum et ideo vmbilici nomine lux
uria designatur in Job. xl. virtus eius in lumbis eius et fortitudo eius in
vmbilico ventris eius De vmbilico autem dicit Aris. in li. xiij. ꝙ omne ani
mal generans et ouans habet vmbilicum tempore ptus et cum crescit pt⁹
auis. latet vmbilicus et nihil omnino apparet quoniam continuatur cum
intestino per aliquam parcium venarum Item idem li. xvi. Creacio vmbi
lici non est nisi cortex continens venas et cum vmbilico continuatur et cur
rit sanguis a matrice per venas vmbilici quasi p canalem ad pueri nutrimẽ
tum Crescit ergo conceptum p esse vmbilici vt dicitur in eodem.

Capitulum quadragesimum octauũ. De genitalib⁹.

Genitalia sunt partes corporis vt et nomen ipsũ docet q̃ gignẽ
de sobolis virtutem acceperunt vt dicit ysi. Hec eciam pudẽda
pre verecundia dicuntur vnde et teguntur ita ꝙ non habent e
andem speciem decoris sicut alia membra que in prompta sunt
locata Et ideo reputantur inhonesta. inter q̃ vnum dicitur veretrũ. vl' qr vi
ri ẽ tm̃. vl' qr mẽbrum est verecũdũ vel eciam ex quo virus emittitur Nam pprie
dicitur virus ille humor a viri natura fluens vt dicit ysi. Sunt eciã alia mẽ
bra virtutis generatiue fundamenta. scȝ testiculi diminutiue a testibus dic
ti quorum neruus incipit a duobus sine quorum testimonio non est aliquis
vir perfectus hi semen calamo administrãt. quod a spine medulla et a reni
bus suscipiunt gracia procreandi Hucusqȝ ysi. ẜm dst. substancia eorum com
posita est de carne glãdulosa alba molli et rara. et hoc fit propter caloris
obseruacionem. et sanguinis immutacõm in albedinem. quod fit per vehe
mentem calorem in ipsorũ sba sanguinem decoquentem et in albedinem d
mutãtẽ Et dicunt hec membra pncipaliaqr pncipalis actõis vtutis natal'
scȝ generatiue sunt proprie instrumenta que si precisa fuerint. vigor virilis
sexus eneruatur. et masculina complexio in femineam alteratur Et ideo ẜm
Aris. li. iij. Eunuchi quando castrantur ante pollucionem in sompno oritur in
corpore

corpore eorum post hec pilus Si vero castrentur post pollucionē preter pilos
pectoris omnes pili defluunt et efficiuntur effeminati et molles animo et cor
pore imbecilles Unde Aris. li. viij. voces hominum qui castrantur mutantur et
efficiuntur sicut feminarum et forme eorum alterantur et figure Animalia au
tem quando castrantur in iuuentute efficiuntur maiora sed si castrentur post p
fectionem non augmentantur Cerui eciam si castrentur post perfectionem
non augmentantur Cerui eciam si castrentur ante cremētum cornuum nō
oriuntur eis cornua et si post ortum castrentur. non vlterius crescunt cornu
a amplius nec mutant cornua. nec eiiciunt ea sicut faciunt non castrati. Di
citur eciam ibidem quod si vituli non castrentur cito post annum remanent p
ui. et dicit quando castrantur. extrahuntur radices neruorum. et si acciderit lo
co vulneris apostema. cremabunt testiculum abscisum et ponunt cinerem
super apostema Et quedam animalia castrantur solum propter testiculos
sicut castores qui eciam quando persequuntur a venatoribus ipsis denti
bus truncant testes ne vlterius persequantur Dicit eciam quod onagri mas
culi castrānt filios et eis dētibus testiculos pscidūt. sed matres a masculis occul
tant eos et precauent eis a maribus ne castrentur Item dicitur li. xvi. quod a
uium testiculi post tempus sibi ad coitum a natura deputatum efficiuntur
paruuli in tantum quod tunc non apparent. sed tunc quando instat amoris tempus
crescunt valde Sunt igitur testiculi cum aliis membris sibi administranti
bus humoris seminalis principium et eius primum et radicale fūdamētū
Nam vt dicit const. deus ad animalium generacionem conuenientem con
ueniencia procreauit membra in quibus inseruit materiale principium ge
neracionis quod quidem sine amoris affectu non potest produci ad effec
talem membris genitalibus siquidem inseruit insepabilitatem et appetitum
vt vnumquodque animal ad conseruacōm speciei et multiplicacōm sui ani
maret. et hoc quidem diuino motu factum est ne forte abbominato coitu
ab animalibus generacio emitteretur. ad generacionis autem talis cōplex
ionem necesse est duo animalia cōuenire scilicet masculum et feminam ex quorum se
mine mutuo procrearetur quodlibet indiuiduum ita quod in vno scilicet generā
ciū si in femina esset quasi principium materiale et passiuum. in masculo ve
ro esset formale principium et principaliter effectiuum et ideo dicit Aris. li
v. quod generacio animalium duplex habet principium scilicet marem et feminā
ex mare autem principium motus sicut forma. femina autem est sicut materia
ex commixtione autem vtriusque fit creatura et commixtio vel creatura emb
onis etc. Aptauit igitur deus membra generancium vt alterum emitteret
seminale principium alter reciperet Et hec membra taliter a deo sapientis
sime sunt formata vt ad opus suum nec meliora possunt esse neque perfectio
ra vt dicit constan. Sed certe his membris plurimi abutuntur. quoniam

ipsis.

ipsis ad generacionis fructum non vtũtur sed poci⁹ contra racionis ordi nem et nature iura non ad seruiendum proli sed pocius turpitudini ac li/ bidini eadem opellere dinoscuntur et ideo de ista materia dignũ duxi sḃ silencio preterire ne forte spermatis explanando originem ꝓgressum vel finem videar carnalibus occupacionem cogendi carnalia exhibere. de h̄ solum admouens vniuersos ne quis putꝫ p̄dcõꝝ mẽbroꝝ officio esse pro libitu abutendum. nam quicũqꝫ limbum generacionũ concessum vsũ volũ tarie membris genitalibus ludibria libidinis exercuit prẽm vnigenitũ de um nature et genitorem iam pdidit nec in generacione iustorũ nisi cũ dig ne penituerit locũ int̄ filios gl̄e possidebit. ñ abus⁹ generatiue p̄t p̄ris lũinũ iniuriam et quam meretur offensam tollit graciam. vulnerat naturam per dit societatem angelicã adquirit gehennã denigrat famã euacuat substã ciam et spoliat gloriam sempiternam vt dicit Ambrosius.

Capitlm quadragesimumnonum. De matrice.

Matrix in femina est singulare mẽbꝝ ad modũ vesice dispositum ad suscepcõm hũoris seminal̄ a natura deputatũ ad quã tãqꝫ ad mulieris corpis sensitiuã confluit humoꝝ menstrual̄ supflui tas q̄ ꝓpter menstrualẽ fluxũ et refluxũ mẽstruũ ẽ vocatũ co qꝫ circuitu lunaris luminis solet accidere hoc supfluũ vt dicit ysi. hec eciã muli ebria nũcupãt̄ q̄ in mulierib⁹ durant natalit̄ qꝫdiu viget in eis vis ↄcipiẽ di qb⁹ totalit̄ deficientib⁹ deficit concepcõis vt⁹ Et dicũt̄ mulicbria qꝛ in sol mulierib⁹ hec infirmitas inuenit̄. nã sola mulier animal menstruale ẽ vt dicit ysi. c⁹ cruore ↄtacte fruges nõ germinãt moriũt̄ herbe. amittũt arbo res fcũs ꝛc. h⁹ sanguinis ꝓprietatẽ et naturã q̄re sup̄ li. iiij. in tractatu de hũorib⁹ hoc menstruũ ẽ hũane generacõis pncipiũ. hoc nobiliũ et igno biliũ ẽ omñe in matris vtero nutrimentũ Unde ager nr̄e natiuitatis irri gat̄ et nutrit̄ infantulus qꝫ diu in matrice ↄseruat̄ hꝫ ãt duas cellulas si ue ↄcauitates dexterã scꝫ in q̄ mascul⁹ generat̄. et sinistram q̄ concepcõni femine deputatur. fetus autem inter duas concauitates conceptus vtriusqꝫ sexus disposicionem habere consueuit In anathomia autem dicitur qꝫ matrix tres habet cellulas a dextris masculo appropriatas. et tres a sinis tris feminis deputatas. in medio vero nascitur hermofroditus. in matrice vero concipitur fetus qui a fouẽdo est sic dictus cuius folliculus siue pel licula qua circũdatur secundina dicitur que simul cum infante nascitur et si in matrice casu aliquo post partum in vtero manserit periculum inducit nisi nature vel medicine remedio expellatur Subiacet autem matrix ipsa multis passionibus. quandoqꝫ patitur superfluoꝝ humoꝝ retencionem. et hoc ãt ex viscoso hũore ora venaꝝ opilante vel ex frigiditate coartãte vel.

vel exsiccante consummente. et hec diuersitates dinoscuntur per signa pri a. Item quandoqꝫ patitur nimium humorum menstrualium fluxuꝫ et effu sionem et hoc vel ex nimia habundancia quam natura non potest retinē. vel ex nimia acuminis humoꝝ violencia. et hec passio si antiqua fuerit vix curatur. ex quo enim orificia venarum longo tempore sunt aperta difficile consolidantur Item patitur matrix suffocacionem in qua passione videt mulieri debere suffocari matrice spumalia comprimente quod contigit ex ni mia humorum replecione matricem extendente vel corrupta et venenosa fumositate a corrupto humore resoluta vacuitatem matricis replēte et ex tendente Unde matrix repleta superius eleuata comprimit spumalia. vn de mulier pene suffocatur Itē qnqꝫ patitur precipitacionem quando dex trorsum vel sinistrorsum plus debito inclinatur. vel de loco suo exterius e greditur quod accidit ex neruoruꝫ ipsius relaxacione ex superfluis humo ribus ipsam matricem aggrauantibus Item patitur aliquando apostēa tis interioris puncturam et doloreꝫ vt dicit constan. ex humoribus collec tis ad apostema. vnde sequitur punctura dolor grauissimus et arsum Itē patitur post impregnacionem dolorem et distensionem ex motu ipsius et maxime circa partum. tunc enim mouetur motu forciori Unde necesse est tunc temporis matricem concuti atqꝫ ledi. maxime autem patitur quādo in partu se exonerare nititur ꝛ exitus fetus a casu aliquo impeditur quod contingit aliquociens ex angustijs viarum ipsius matricis quandoqꝫ ex pinguedine mulieris. aliquando ex nimia fetus magnitudine et debilitate ac defectu virtutis expulsiue in corpore pturientis. aliquando eciam cō tingit fetum esse mortuum et ideo non adiuuat moriendo ad exitū siue ad ptum. et aliquando credit se mulier habere puerum et gestat in vtero ali quod frustulum menstruosum sicut narrat Aris. libro xviij. Accidit eciam mulieribus post impregnacionem influitas que mola dicitur. putabat e nim quedam mulier ꝙ post coitum viri esset impregnata et inflabatur vē ter eius et apparuerunt in ea signa impregnacionis et tunc peruenit tem pus pariendi non diminuebatur in ea tumor ventris. sed sic mansit per tres annos tandem peperit frustum carnis ita durum ꝙ vix potuit ferro diuidi et tale frustum mola dicitur et hoc quidem accidit sicut dicit Arist ibidem. quando videlicet fit sustentacio concepti ex pauore et humore male digestionis quia tunc generatur frustum quod quidem mola dici tur in matrice et cetera. istis enim et multis alijs patitur misera matrix mater nostra. et cetera Sequitur aliud capitulum.

Capitulū quinquagesimum. de natibus.

Nates.

Nates dicuntur eo quod ipsis innitimur dum sedemus vt dicit ysido. Unde conglobata est in eis caro ne primentis carnis mole do leant De innatibus itaque fertur truncus corporis qui a nullo incipit et vsque ad nates se extendit vt dicit ysido. Nates secundum Constantinum. sunt neruose et hoc propter chorarum et femorum cum trunco corporis colligacione et ideo fuerunt carnose et ad temperandam neruorum et eciam ossium frigiditatem et eciam ad deferendam neruo rum sensibilitatem vt enim dicit Constantinus libro tercio capittulo oc tauo. et cetera. Sequitur aliud capittulum.

Capitulum quinquagesimumprimum. de femoribus.

Femora dicuntur eo quod ex vna vel illa parte corporis viri a fe/minis discernuntur. Extenduntur autem ab vnguibus vsque ad genua et mouentur femora in coxis quorum concaua verte bra dicuntur. coxe vero quasi coniuncte axi dicuntur. Flec tuntur autem femora intus et non extra subtus scilicet et non supra sicut brachia. Unde autem a quibusdam frustragines nuncupantur. vt enim dicit ysidorus. Sunt autem femora ex magnis ossibus composita. vt enim dicit Constantinus. libro. tercio. capitulo octauo. tota quidem a superiori parte concaua. a parte enim anteriori gibbosa duo habencia acumina. Fuit autem necessaria magnitudo vel quia tocius corporis sunt ossium fun damenta vel quia maiores portant lacertos et neruos per quos fit pedum mocio voluntaria. tortitudo partis exterioris fuit autem necessaria vt lo cum habeant lacerti et nerui qui si essent intrinsecus contristarentur et le derentur. Sunt autem eadem intrinsecus aliquantulum rotunda et hoc fuit necessarium quod si ex vna parte tantum tortuosum esset totum corpus esset tortum et non rectum. concauitas insuper fuit necessaria cum gibbosi tate interiori vt infirmior esset incessu eorum. Concauitas fuit necessaria vt concauitatum crurium essent subintractiua. sunt etiam femora carne et musculis munita vt ossa haberent tutelam ab intrinseca lesione et etiam infrigiditatem ossium temperarent. Sunt etiam versus partem hominis superiorem grossiora. ad partes vero inferiores graciliora et hoc erat necessarium vt tamquam media inter extrema debitam haberent cum vtrisque porcionem

Capitulum quinquagesimumsecundum. de genubus

Genua secundum ysido. coniunctiones sunt femorum et crurium. Et sunt dicta eo quod in vtero genis sunt composita Coherent enim sibi et cognata sunt occultis lacrimarum iudicibus et merore. Nam a genio genua dicuntur. cum enim quis gignitur ita for matur vt genua sursum sint quorum enim coniunctione oculi formantur.

vt concaui aut reconditi efficiantur ꝫm verbum philosophi Genua compꝫ mit arethagena Iocz. homines ad genua se prosternunt facilius lacrimātur Voluit enim natura eos vtero materno rememorare vbi in tenebris consedebant antequam ad lucem venirent Hucusqꝫ ysido. Sunt autem ꝫm constanti. lib. secundo cap. octauo ossa quedam rotunda cartillaginosa atqꝫ concaua. Fuerunt eciam rotunda et vt crura et coxa in ipsorum concauitate facilius iungerentur. neruosa sunt de facili crura a superioribꝰ seperentur. propter hoc eciam sunt neruosa vt actiones spiritus animalis ad motum gressibilem faciendum ad partes inferiores transmitterentur Depauperantur autem genua a carnositate et pinguedine propter motꝰ continuitatem Si enim essent nimis carnosa tunc de facili opilarentur. et sic actiones virtutis sensibilis per aliquam carnis grossiciem impedirenť Unde et genua quia neruosa sunt valde et sensibilia sunt de facili lesionē incurrencia quando nerui sensibiles interius vel exterius aggrauantur vt dicit Constantinus. et cetera.

Capitulum quinquagesimumtercium. de cruribus.

Crura a currendo sunt dicta quia ab his currimus et ingressum facimus Et sunt dicte tybie quia tybie sunt similes siue tube in specie et longitudine vt dicit ysi. Sunt autem crura ꝫm constā. inter femora et pedes intermedia. quibusdam neruis ꝛ lacertis cum inferioribus concathenata per que influencia gressibilis motus et regitiue virtutis ad pedes deriuatur Sunt autem crura ex ossibus fortissimis composita que tanqꝫ columpne corporis ad deferendam ipsius molem sunt abilia. Sant eciam quibusdam musculis. et carnositate a parte vestita superiori vt sic in complicacione eorum cum femoribus. nec ab eis reciperent nec eis inferrent offendicula. Unde tanqꝫ culcitra. ad molem corporis supportandum. carnositas ipsorum crurium in parte superius interius est collocata Sunt eciam neruosa vt sic ad motum velociorem essent forciora. Sunt eciam medullis plena vt virtus vitalis animalis per neruos et arterias diffusa custodirentur. et ossium siccitas medulle humectacione irrigarentur vt dicit constantinus.

Capitulum quinquagesimumquartum. de pedibꝰ

Pes vt dicit ysidorus. dicitur a podos grece. quod est indeclinabile. Nam pedes quidem alternis motibus solo firi incedunt. Est autem pes extrema pars ipsius hominis sustentans eciam pondus tocius corporis. Componitur autem ꝫm constanti ex ossibus quadraginta quatuor quorum duo sunt calcaneorum.

Duo.

Duo manicularum raste pedum decem digitorum triginta Est autem sito tus carnosus in extremitatibus planus. in medio aliquantulum concauus Ideo carnosus vt ossa et arteriarum duricia tuerentur Planus fuit vt sup posita facilius pcarentur Jõ ocauus fuit vt si pes a tuto supponeret. ad ocauũ locũ refugiũ habẽt diuersis ligaminib' et neruis ossa pedũ cõligãt qđ fuit necessariũ ad maius robur pter forciorem corpis sustentacõz et pedes motũ haberent leuiorẽ Variant ãt pedes in animalibus Dicit enim Aris. li. xiiij. qđ ãanimalis pedes hñt a hñt pedes anteriores et posterius Et qdam in laterib' sicut animal habens sanguinẽ et mltipes Et hoc gen' hz priũ qđ pedes ei' sũt in anteriori corpis Et cã illi' ẽ qz ps anterior et poste rior sunt adunate in loco vno Jtẽ ibidẽ dicit qđ nãa posuit loco manuũ i qdrupedib' pedes ãriores Pedes ãt posteriores sũt necessarij vt portent pond' animaliũ Et fuit hoc necessariũ vt eẽnt qtuor pedes in qdrupedib' Nã ad trã totũ eoz corp' nãalit inclinat. et et ad trã mouet toto brutali appetitu Et iõ necesse fuit tot fulcimentis erigi vt possent abili' et facilius motu pgressiuo pgẽ et moueri Jõ et fuerũt pedes posteriores necessarij qz sicut dicit Aris qđ ps anterior oim animaliũ qdrupediũ maior ẽ et spissi or pte posteriori Et iõ vt facilit possẽt erigi et moueri posteri' sic et ãteri' pedes posteriores sũt necessarij Ecõuerso ãt ẽ de pueris scz qz ps ãterior ẽ põderosior inferiori et pt hoc incedũt pueri sup man' incuruati et vtũt manib' p pedib' in rependo. qz nõ pñt eleuare corpa sua. qm supior pars corporis maior est inferiori et attenuatur pars superior corporis magis inferiori Cum ergo iuuenescit homo. augmentat pars superior vnde pau latim sensum erigitur Disposicio autem quadrupedum est econuerso quia pars inferior primo est valde magna sed in iuuentute reficit pars superi or et eleuatur Et propter hoc erit eleuacio capitis et anterioris partis eq rum multo maior qз partis posterioris Signum huiusmodi est sicut ibidẽ dicitur qđ pullus equinus pede posteriori tangit caput suum. sed quando intrat etatem non potest facere idem Jtem dicit Aris. li. ij. qđ pes sinister in animalibus in parte ãteriori absolut' ñ ẽ neqз ita leuis motus sicut sinistra manus in hominibus preterqз in elephãte Jtez ibidem dicitur qđ elephas in sedendo flectit pedes suos sed nõ potest flectere quatuor simul propter pondus corporis sed flectit pedes posteriores sicut homo. Jtem ibidem dicitur qđ volatile flectit pedes suos ad posterius. sed alas que quidem sunt loco manuum flectit ad anterius. Jtem ibidem eciam dicitur. qđ pes dexter scilicet maioris est motus generaliter in animalibus vide licet qз pes sinister. Et ideo quoque dicitur. qđ animalia quedam. quando ambulant primo mouent pedem dextruz sicut leo et camelus ara bicus scz dromedarius Aliquando tamen quedam animalia mouẽt pe

dẽ sinistrum

dem sinistrum sicut vulpes et lupus qui habent pedes et tibias sinistre partis pte otraria longiores Et ideo semper claudicāt a dextris;. a sinistris alcius se erigendo et se ad dextrum deprimendo Est itaqz pes dexter maioris caloris motus et vigoris generaliter in animalibus q̄z sinister Et est signum qz ad hoc Gal. super Ampho. dicit. q mulier in vtero fetum gerēs et iunctis et compositis pedib⁹. dum subito fuerit vocata. si masculū habuerit in vtero. primo ad mouendum pedem dextrum admouebit. si vero feminam gestauerit econuerso Item dicitur ab eodem li ij. et iij. q omne animal multoꝝ digitoꝝ in pedibus est multorum filiorū et econuerso Item li ij. pedes omnium quadrupediū. sunt ex osse et neruis et modica carne Siliter et volatiliū et bipedaliū p̄ter hominem c⁹ pedes sunt subtus multe carnis et hoc ꝓpter ossium et neruoꝝ multipliciū defensionē Itē sunt animācia vtencia pede loco manus vt simea in quadrupedib⁹. et psitacus et porphirio in volatilib⁹ Nam pedum adiutorio se iuuant in cibando Item idē li. xiij. Nullū animal habens scissuras multas in pede hȝ cornua Et tn̄ oē animal hn̄s culmos in ore ꝓminētes hȝ vngulas pedis scissas sic ap Itē li. xiiij. Pedes in apibus posteriores maiores sūt q̄z medij vel āteriores ꝓpter ambulacōz et vt cito eleuent a terra qn̄ voluerint euolare Itē li. xvi. oē animal q̄drupes hn̄s multas scissuras vt leo canis lupus vulpes generāt filios cecos De pede vero recollige qm̄ pes est in vltimo animalis ad ei⁹ pfcōm longus planus et concauus. propt̄ formacōm vestigij et imp̄ssioēz digitis eciam distinctus propter sui forciorem detencionem Osseus et nerueus propter meliorem duracionem. in animalibus necessarius ad eorum erectionem et mocionem Insuper ad eorum defensionem . In volatilibus scissi pedis et curui vnguis ad victus adquisicionem in volatilibus clausi pedis ad sui regnum in aquas et directionem . Et hec de pedum proprietatibus iam sufficiant et cetera.

Capitulum quinquagesimumquintum. de planta

Planta pedis est extrema pars animalis a planicie sic dicta. Planicies enim in ea sic exigitur vt forcius terre imprimatur vt dicit ysido. duriori cute vestitur q̄z cetera pars corporis ne a spinis vel eciam ab alijs obicibus paciatur subito. Ideo et animancium pedes vngulis et eciam soleis muniuntur ne enim de facili calcando offendantur. Plante quoque eciam tocius corporis mole et pondere exprimuntur et ideo calceis et soleis indigent ne ledantur vt dicit ysido. et cetera.

Capitulum quinquagesimumsextum : de calceo.

Calceus.

Calceus posterior pars pedis est et inferior a calcando dcs. qr
eo terre vestigia imprimuntur vt dicit ysi. Et est rotundus ne de
facili ledatur. oblongus vt imprimatur firmius Solidus eciaz
fuit factus ne de facili premeretur Ex mollibus ligaminibus cū
cauilla colligatus. vt sursum et deorsum facilius moueretur vulnera sibi im
pressa difficilis sunt curacionis tum propter paucitatem carnis. tum ꝓpter
motus continuacionem vt dicit constan lib. ij. ca decimo.

Capitulum quinquagesimumseptimū. de ossibus.

Dicto de proprietatibus membrorum principalium et officialiū
de consimilibus membris et coꝝ ꝯdicōib' nunc dicendum est et
pmo de ossibus Naz ossa sunt toci' corpis solidamenta vt dicit
ysi. In ipsis enim robur consistit animalis Sunt āt ossa ab vsto
dicta qr ab antiquis vrebant. vel vt alij putant ab ore ossa dicuntur. eo ꝙ
in ore pateant Nam vbiqz cute et carnibus tecta celantur excepto solo ore
in quo ossa dencium demonstrantur Compago enim ossa capitis sunt dic
ta eo ꝙ sūt ꝯpacta neruis velut glutino quadaz adhereāt. verticule āt dicūt
sūme ossiū ptes. nodis grossiorib' ꝯglobate sic dicte eo ꝙ ad flexionē mē
broꝝ vertant vt dicit li. ij. Os ē durior et siccior ps corpis animalis Et h
fuit necessariū. aut qr ossa sunt corpis fūdamenta. sup q̄ toci' fabrica ē sita
et iō oportuit ea eē firmiora aut qr ab exteriorib' defendūt interiora Sūt
aūt ossa in corpe multa in specie diuersa et hoc ꝓpt maiorē capitis vel ꝓpt
mot' leuioris facilitatē. vl propter cauendā nimiā corpis passibilitatē Tāta
ta em̄ ē inter mēbra corpis colligancia ꝙ vno paciente ōnia ꝯpaciunt. vn̄
natura fē ōnia duplicauit mēbra vt si vnū pateret alteꝝ ꝯpateret. et ideo
vbi oportuit pl'a ꝯpegit ossa In q̄ntitate sūt diuersa qr in magnis mēbs
sunt magna et in puis pua Itē sūt in q̄litate diuersa cū q̄dā sūt lōga q̄dā
rotūda q̄dā ꝯcaua q̄dā solida Solida sunt q̄dē ꝓpter maiorē firmitatē.
ꝯcaua vo ꝓpt maiorē mot' leuitatē Nā qr magna erāt et mobilia fec ea
natura ꝯcaua q̄ duab' de cāis medull sūt plena. ne scz ꝯcauitate frāgerent.
et vt isī nutrent vn̄ p euaporacōz medll' et p poros ossiū carnes q̄ sūt ipis os
sib' viciniores sūt ceteris dulciores Sūt et ossa q̄busdā neruis inuicē ꝯstric
ta. ne ex nimio motu ossiū se iūgerent et sibi inuicē efficaci' cooperēt In pma āt
ossiū ꝯiūctōe inē q̄dā viscosa hūiditas vt leui' iuicē mouerent Sūt et in ex
tremitatib' cartillagine vestita. ne ex nimia ꝯfricacōe lederent Hucusqz ꝯst
li. ij. ca. ij. Bm Aris. ei li. xij. ossa fuert creata ꝓpt salutē corpis moll. qm̄ nata
ē ei valde dura In aiali carēte ossib' ē mēbꝝ ꝯueniēs ossib' et eoꝝ defēm
supplēs sic arista i piscib' sic et oiz pncipiū veaꝝ ē cor vl' epar sic spōdile dor
si oiz ossiū pncipiū ē s' qd fūdāt et radicāt oia ossa sic nauicl'a s' cariāz suā

Natura

Natura itaq; ossium est continua cum spondili. quoniam ossa spondilia sūt custodiencia teneritatem corporum animalium et ossa que vicinantur ventri sunt parua vt non prohibeant tumorem ventris propter cibum animalis Item idem ossa masculorum forciora sunt ossibus feminarum generaliter et duriora et maxime ossa leonis que propter sui duriciem ex se ignem mittunt more lapidis ad seinuicem collidantur. Ossa vero auium sunt debiliora aliis et similiter piscium Item idem li. iii. ossa abscisa non recrescūt sicut nec cartillago. quia creacio illius est propinqua creacioni illorum. cū cornua et vngule animalium et auium rostra possunt ad ignem mollificari et incuruari. ossa nec incuruantur nec mollificantur nec flectuntur. sed cōcenduntur Item idem li. xii. animal habens spinas loco ossium est pauci sanguinis Item omne animal habens in vtraq; mannibula. habet ossa medullata et ipsorum medulla similis est pinguedini quedam tamen ossa sūt spissa et dura vnde videntur esse sine medulla vt ossa leonis et elephantis quia medulla talium animalium latens est in poris ossium et occulta. Recollige igitur breuiter ex predictis q̄ ossa sunt tocius corporis fundamenta frigida dura et sicca et propter dominium frigiditatis naturaliter sunt alba forciora et frigida et firma. interius concaua. medullis plena ligamētis neruosis coniuncta. continuo se supportancia Nam minora super maiora rad icantur et maiora miro nature artificio coaptantur Sunt eciam cute et carne vestita quasi vtriusq; fulcimenta influxibilia nerui naturali iunctura a calore carnis et sanguinis temperamentum recipiencia Sunt eciam ex se sensibilia. tamen vehementem inferunt corpori lesionem quando sunt concussa vel confracta et hoc propter neruorum vicinitatem quorum ligamentis sunt inuicem coniuncta Contigit autem pati ex causa extrinseca sicut ex fractione. concussione. abscisione. et iuncture egressioue. et huiusmodi. quandoq; ex causa extrinseca et hoc aliquociens ex materie furiose corrosione vt patet in erisipilam id est ignem sacrum pacientibus quandoq; ex nimia humorum in iuncturis ossium aggrauacione et replecione vt patet in archicis. et quandoq; ex medulle interioris corrupcōe vt accidit in leprosis. quandoq; ex humoris medullaris consumpcione vt accidit in ethicis et consumptis. Dolor autem ossium tanto est grauior et eciam periculosior quanto enim in profundioribus ossium concauitatibus radicatur. Vnde ossa corrupta carnem sibi proximam paulatim corrumpunt et putrefactionem inducunt. et cetera.

Capitulum quinquagesimumoctauū. De medulla

Medulla ſm ysido. est appellata eo q̄ madefaciat ossa. irrigat enim et confortat ossa vt scilicet eorum temperet qualitatem

frigidam

frigidam Est autez medulla fm constan. substancialiter calida et humida et ex purissimis partibus et vnctuosis humoribus nutribilis in ossium cõcauitatem generata. vnde sua caliditate ossium temperat frigiditatem. et sua humiditate eorum siccationem irrigat et sua substanciali proprietate vtutem animalis nutrit et conseruat. Medulla enim influenciam spirituum recipit a cerebro et precipue medulla ossium spondilium que a phisicis nucha appellatur et hec medulla mediantibus quibusdam neruis substanciã et motum membris sub collo positis administrat vt dicit ost. li. ij. ca. x. medulle eciaz fm ysi. sua subtilitate et liquida vnctuositate per ossa euaporãt et liquorem tenuez desudant qui liquor calore venereo resolutus in renib' animalium amoris et voluptatis generat incentiuum. vide supra de renibus Vñ et animalia que hñt ossa medulla plena in libidine sunt prona vt dicit varro. que vero habent solida et medullis vacua rarius in venerem commouentur vt patet in elephante. medulla enim vt dicit varro naturaz lune imitatur. nam crescente luna crescit. et decrescente decrescit Unde p occulta quedam respiracula vim lune senciens fm enim mutacionez minoratur in sua substancia visibilis augetur. hoc est videre in animalibus et eciam arboribus quarum humor medullaris superabundat in plenilunio ꝛ in nouilunio depauperatur. vnde tunc arbores inserere non est bonum qꝛ fructus efficiuntur vermiculosi et de facili computrescunt et hoc forsan accidit propter superfluam humiditatem quam surculus tunc insertus concipit in medullam cuius superfluuz non potest regi et dirigi a natura. vnde talis humor trãsmissus ad fructus eius cã vermiculacõis et celeris putrefactionis Item dicit Aris. li. xij. ꝙ animal hñs dentes in vtraqꝫ mandibula hꝫ medullam similem pinguedini et quedam animalia non habent multum de medulla sicut leo qui hꝫ ossa dura et spissa in quibus parum est de medulla. et ideo fingitur ꝙ omnino medullam non habeat ꝛc. medulla fm dyas. medicinalis est valde et precipue volatiliũ et animalium siluestrium nam labiorum sanat excoriaciones et eorum vlcera conglutinat et eciam scissuras. aurium dolorem mitigat. glandium duriciem emollit. pedum vesicas sanat dolorem gutturis mitigat et mamillaruꝫ. ptisicis et ethicis singulare est remedium. virtutem enim resumptiuam habet. vnde et humorem deperditum in membris restaurat.

Capłm quinquagesimumnonum. De cartillagine.

Cartillago est ossium teneritudo. et dicta est cartillago eo ꝙ leui caret dolore dum plectitur vt dicit ysido. vt patet in auribus ꝛ naribus et costarum extremitatibus nam cartillaginosa duriora sunt carne et ossibus molliora Fecit ãt natura talia loca tal' disposicionis

dispoſicionis ne forte rumperentur cum plicarentur vt dicit conſt.li.ij.ca.
ix. Veſtit autem cartillago extremitates oſſium ne in ſuis iuncturis ex mu
tua confricacione exaſperentur et vt facilius oſſa cum carnibus iungeren
tur Dicit autez Ariſ.li.xiij.q cartillago abſciſa non recreſcit quia eius cre
acio creacionis oſſis eſt ſimilis nec habet cartillago ex ſe ſenſum aliquem
ſed tantummodo neruus coniunctus cauſa eſt ſenſus et motus quando
ſentit vel mouetur vt dicit conſt. In medio autem cordis animalis eſt os
cartillaginoſum in ſua latitudine poſitum et hoc ſedes cordis eſt appella
tum vt dicit conſtan.libro tercio ca.viceſimo.et cetera.

Capitulum ſexageſimum. de neruis.

Nerui ſunt corporis ptes quas greci vocat neuros eo q artuu
coniunctiones his forcius cohereant. maximam enim virtutez
facere neruos certiſſimum eſt.qui quanto fuerunt denſiores ta
to perpenſius augent firmitatem vt dicit yſi. ſm cſt.autem fue
runt neceſſarij vt ſenſum et motum diſcurrerent membris precipue oſſibus
et cartillaginibus et huiuſmodi que ex ſe ſenſum non habent neq motum.
Omnium autem neruorum precipuum fundamentum eſt cerebrum qr vo
luntarij motus et ſenſuum eſt principium. omnes autem nerui aut de cere
bro procedunt aut de mediantibus cerebri id eſt de medullis ſpondilium.
tale mediuz fuit neceſſarium ne ſi immediate omnes a cerebro procederet
aut rumpendo leſionem incurrerent aut propter nimiam vie longitudinez
a principio ſenſus in actu ſenciedi et in potecia vegetandi tanq poſicione
non haberent Nerui ergo a cerebro procedentes ſut molliores.de micha
autem id eſt de medulla ſpinali ſunt duriores.ſed exeuntes a prora cereb
ſunt mobiliſſimi.qr ſenſum portant alijs.nam mollicies cito mutatur intra
ſenſibilitates.procedentes vero a puppi fuerunt duri vt motum poſſint pa
ti qr eni mollia veloci motu cito rumpuntur Neruorum autem a cerebro
exeuncium ſex ſunt paria quorum primum par progreditur ad oculos et
alia organa ſenſuum vt eis deferant ſenſum et motum.hi et alijs neruis p
cauiores et molliores et maiores ſunt.et ideo magis concaui vt amplior
ſpiritus pro eo ſenſibus adminiſtretur.ſunt et maiores ne eorum concaui
tate eorum ſubſtancia rumperetur et vt maior quantitas ſpirituum in eis
includeretur Fuerunt et molles vt in eis ſenſus velocius et expedicius p
ciſſiceret Hi nerui in egreſſione a cerebro ſunt molles et leues.ſed quanto
plus elongantur tanto duriores efficiuntur Secundum par neruorum in
cipit a poſteriori pte prior et illud par exit per quoddaz foramen vicinu
concauitati oculorum.et oculis motum tribuit.par terciuz incipit retro p
ſecundum et per ſedem capitis exiens a puppi cerebri in quatuor neruos
particulares.

ꝑticulares se diuidit et ꝑ diuersa loca reticulariter se diffūdit. quartū par post pari coniungitur sed ab eo diuisum post matrem piā dispergitur vt per ipsum sibi tactus prebeatur. quintum vero par in egressione sua in duos diuiditur neruos quorum vnus auricularium foramina intrat et ibi se dilatans auditum auribus administrat. alius ad maxillas per tympora se diffundens membrorum collateralium adiuuat actiones. sextum vero par a puppi videtur exire et ab vnoquoqꝫ hoꝝ trium iterum exeunt et ad motum sensus perficiendum inferius et superius vniformiter se diffundit Et adhuc preter ista paria exit a puppi par vnum et ex isto micha ortū sumit. hec lacertos lingue et gutturis se diffundit et eis motum et sensum ꝑbuit Preter neruos iā dictos omnes alij nerui corporis a cerebro quod egrediuntur scꝫ micha id est medulla spondilium mediante. In vniuerso vero dicuntur esse duo neruoꝝ paria et xxx. et vnū tm̄ impar et hi omnes multipliciter defendūtur et concathenacionibus corporis et membrorū miro nature artificio vndiqꝫ diuiduntur Hucusqꝫ const. li. ij. ca. x. ẜm Aris. li. iij. in locis ossium et multitudo neruoꝝ et neruus naturaliter in longum funditur et non in latum et ipse extendi tur extensione multa et in circuitu nerui est humiditas viscosa conseruans neruos et omne animal habēs sā guinem habet neruum et neruus prescisus non recrescit nec diuisus reconiungitur sicut vena que scꝫ inscisa d e facili reintegratur. dicit eciam idem li. xix. ꝙ maxima virtus animalium est in neruis et maxima in thauro qui quanto senior tanto durior et forcior et durior eius neruus est. vnde extēditur sicut corda Recollige igitur ex predictis et neruus a cerebro principium sumit et ab eo sensum et motum recipiens alijs sensū tribuit. partes corporis diuisas colligit et anectit in suo exitu molle. sed in fine d urum se ostendit in sua cōcauitate spiritum recipit et custodit sua flexibilitate ossa flexibilia flectit diuersas passiones in se recipit vt dicit constan. scꝫ inscissionem puncturam. contractionem. relaxacionem. opilacionem vt patet in pantegn̄. li. ix. ca. viij. et libro vndecimo. et cetera.

Capitulum sexagesimumprimum. de venis.

Alia est passio oculorū quam nos maculā dicimꝰ que albugo vel pannꝰ dicit̃ a ꝯstan. Et habet generari sic. primo fit fluxus reumatis ad oculos ex quo fit obtalmia dolor scilꝫ apostema ex qua male discussa remanet. quedā leuis macula siue infectō que longo ꝓcessu tp̄is excrescit in telā et inspissatur et occupat maiorem locū scꝫ totam pupillā. tela vero excrescit in pannū ꝑ maiorē inspissatōeꝫ et maiorē loci occupationē qꝛ totum nigrū oculi occupat. ad vltimuꝫ fit vnguis magis spissus et durꝰ. q̄libet istoꝝ incurabile est si fuẽit inuetẽatū tñ ꝭm loci collocacionē debꝫ diuidi. Si vero collocat̃ circa cristallinū humorē in ꝓfundum per dimidiū annū fit incurabilis. In p̄ncipio autē vix curatur. si vero colligatur sub cōiunctiua vel etiā supra per decem annos potest curari. quādo igitur macula recēs est et modica succꝰ papaueris ruffi sufficit ad medicādū vt dicit Cōstantinus. papauer eni ruffū vel rubeum calidum est in primo gradu et siccum in secundo. et ideo hēt virtutem extenuandi consumendi et desiccandi. Dicunt etiam phisici vt dicit constantinus ꝙ sanguis ex sūmitate dextere ale columbe vel hyrūdinis vel vppupe extractus et super maculam recentem positus calidus maculam in principio potenter rumpit. sanguis enim istarū auiū ē valde ignitiuus et dissolutiuus ex natura auiū ex quibus procedit.

xvi De infectione oculi per sanguinem induratū

Alia etiam accidit oculis deformitas et passio scilicet sanguinis infectio quam constan. crustulaꝫ sanguinis nominat quando scilicet sanguis aliquo casu ad oculos defluens in crustulā desiccatur. Contingit etiā ab arterijs et venis desudare ad oculum et venulas aliquas rumpi vel crepare in tunica coniunctiua et ex circumfluente sanguine talem deformitatem in oculo generare habent sanguinem sic coagulatū dissoluit sanguis turturis vel colūbe vt dic̃ cōstā. Item facit lac mulieris cum thure. Iteꝫ facit recens caseus sine sale melli commixtus si superponatur. multa alia experimenta dicit ꝯstan.

xvii De lacrimis inuoluntarijs

Fluxus lacrimarū inuolūtariꝰ accidit oculis qn̄ꝫ ab exteriorıbꝰ sic̃ ex ꝑcussione ex calidi aeris dissolutōne vel ex frigidi coartaciōe ex fumi mordicatōe ⁊ puluẽis ꝑturbatōe ex cepaꝝ ⁊ allioꝝ

acuminum

acuminũ odoratione. qñqȝ ab interioribus vt ex calidis humoribus vel frigidis vł ex sup̄abũdãcia humor℞ p incõtinentiã effluẽtiũ ex debilitate ɔtentiue ṽtutis cerebri et fortitudĩe expulsiue. Si aũt humores calidi fue rint in cã oculi rubẽt lacrime distillantes calefaciunt faciẽ et vrunt calida obsũt frigida ꝓsũt. si vero sunt humores frigidi oculi sunt subalbidi vel liuidi lacrime etiã frigide faciẽ nõ mordificãt frigida obsunt calida ꝓsũt ad lacrimationẽ factã ex ꝑcussione et cãis alijs exteriorib᷒ p̄cipua cura ẽ cera pura cũ pulueẽ cimini calefacta et cathapulata. dolorẽ eni simł remo uet ac lacrimã et liuorẽ. si sit cũ vulnẽ cũ cyrurgia curetᷣ. Ad alias causas exteriores sufficit fomentũ cũ aqua tepida ita ꝙ tepor ad frigiditatẽ pl᷒ accedat. Si fiat autẽ ex fluxu et ex sup̄abundãcia humorũ purgetᷣ decus dyaclibanũ cum vino decoctionis thuris et hoc p̄cipuũ est in hac causa fiant restrictoria circa tympora et circa frontem. hec oĩa valent contra fluxũ ex causa calida et ex frigida.

De defectu visus. Cap^m xviij

Defectus visus accidit oculis multiplici de causa. aliqñ ex mala cõplexione. aliqñ ex fumi ascendẽtis a stomacho corruptione aliqñ ex neruĩ obtici opilaciõe ex cathareči. ex spasmo ex ma cula ⁊ hui᷒mõi. aliqñ ex diete inordinatione ex egritudine lõ ga. ex ieiunio et coitu nimio et ex multis alijs cau℞ sicut ex senectute et hu iusmodi. Distinguẽde igitᷣ sũt cause per ꝓpria signa. nã si defect᷒ accidat ex fumositate stomachi defectus visus nõ est ɔtinuus ȝ interpolatus. ꝰm enim ciborũ assumptor℞ varietatẽ minuitᷣ vel augetᷣ Si aũt est ex vicõ ce rebri cõtinu᷒ est defectus ante prandiũ et post si ex opilacione nerui ipsi᷒ oculi s̄ba pura est lucida atqȝ clara. Alia signa p se patẽt. Ad istum ergo defectũ tollendũ si est ex vicio humoris stomachi mundificetᷣ imo totum corpus precipue caput. deinde apponantᷣ remedia localia que in viaticͦ et in alijs autoribus inueniuntᷣ.

De cecitate. Cap^m xix

Cecitas est priuatio visus. Priuatᷣ aũt homo visu aliqñ ꝓpter organorũ defectũ et pupillarũ im ꝓportionẽ ad spiritũ visibilẽ Ad hoc eni ꝙ formetᷣ visus exigitᷣ debita ꝓporcio organi spm recipiẽtis ad ipsũ spiritũ vt sup̄ dictũ est de visu. li. iij. aliquãdo ꝓpter neruorũ interiorũ opilacionẽ Si eni fuerit neruus qui dicitᷣ obtic᷒ qui est visibilis spũs vehiculũ in suo p̄ncipio vel medio vł alicuius carno sitatis super excrescencia vel alicui᷒ viscosi humoris abundãcia totaliter opilatus virtutis visiue transitus non ꝑuenit ad pupillaȝ et sic cecitas in oculo generatur. Aliqñ fit ꝓpter humorũ et spirituũ cõsumptionẽ vt ẽ vi

dere in seni

dere in senibus quorū oculi pmo caligant et defectū visus paciunt̄. tādē
deficiente virtute vidēdi potencie penitus destruunt̄. Aliqñ fit ex ca exte-
riori sicut p oculorꝝ vulneratione per nimiā etiā et ꝯtinuā lacrimarꝝ effu-
sionē. per substācie oculi dissolutionē. per tunicarū oculi inspissationez et
indurationē. et humorū in oculo ꝯpactionē. tūc eni nō est pupilla spiritui
visibili puia. et ideo talis cōpactio est cecitatis in oculo inductiua. p sbal-
lis humoris subitā desiccationē vt in pupilla accidit in qbusdā pociona-
tis et in munitis q ex nimia sanguis sbtractiōe qñqꝫ incurrūt piculū ceci-
tatis. Aliqñ ꝑpter subitā cū desiccatione substācialis humiditatis spirit'
visibilis disgregationē vt patz in vrso qui ad aspectū peluis ardētis qsi
subito excecatur cui' excecationis causa est aspectus peluis ardētis et lu-
centis cuius ignea virtus tunicā oculi cū cristallino humore ꝯ destruit ꝯ
cōsumit et eiusdē luciditas que spiritui est im ꝑporcōnalis ipsū disgregat
et dispgit et sic necessario cecitatis ppetue viciū introducit. Inter omēs
itaqꝫ sēsibiles passiones miserabilior est ipa cecitas vt dicit ꝯst. Nam sine
omni vinculo cecitas ceco carcer est decipit̄ in apprehendēdo ymagina-
tiuā qr de albo ymaginat̄ qp sit nigrū ꝯ ecōuerso Impedit̄ in iudicando
vim deliberatiuā. iudicat eni penes se et deliberat ire ad orientē et dece-
ptus in suo iudicio vadit ad occidentez puertit̄ et affectiua quia oblato
sibi ad eligendū denario argenteo cū cupreo affectat eligere argenteū ꝯ
eligit ipsū cupreū Tanta siquidē est ceci miseria vt nō solū puero vel buo
se subijciat pro regimie et ducatu. verū et sepius ipsi cani. et sepe ad tātā
deducit̄ necessitatē vt ad transeundū pontis vel vadi piculū plus cogit̄
credere cani qꝫ sibiipsi. Itē sepe in piculis vbi omēs dubitāt qa nō videt
periculū securus est cecus et ecōuerso sepissime vbi nullū piculū imminet
maxie cecus timet. sepe in plano cespitat pedib' et offendit sepe. vbi pes
esset eleuādus depmit pedē et econuerso vbi esset terre figendus ipsū ele-
uat et suspēdit. vndiqꝫ palpādo et ꝯtrectando manus dirigit. vndiqꝫ de
itinere dubius manu et baculo viaz qrit. raro aliud secur' agit semp fere
dubius et timēs erit. Itē cecus qñ nudus iacet vel sedet tectū se reputat.
sepe etiā qñ videt̄ ab oibus se latere putat Itē faciē aliqñ et oculos ad
solem vel celū cecus eleuat. sed ipius oculos sol psentē exhibet suū radiū
sed tamē pñtis solis virtutē nō pcipit vt effectū vt dicit gregl. Itē cecus
aliqñ puerū suū ductorē verberat et pcutit et offēdit. sed eadē verbera ci-
to per puerū luit. nā puer vberꝝ nō imemor in pontis medio siue a qcūqꝫ
alio piculo ipm solū deserit. ꝯ ipsū fugiēs sibi viā euadēdi piculū nō ostē-
dit et ideo ē miser cecus. qr in domo nihil audet fiducialit̄ agere. in itinē
deseri a socio multū timet. in hoc tñ peior est cōditio habentiū oclos qꝫ
cecorū qr ipi oculi hostes sūt et pdones humani animi quorꝫ ꝯcupiscen-
cias dū seqmur seuissimis hostib' subijcimus sicut dicit expositor sup illō
Trenorū

Treñ. oculus meus depredatus est aiam meã. melius aũt est homini ocu
lis erutis cecũ fieri q̃z in hoie oculos et eorũ blandicijs decipi et abduci
vt dicit gregl. sup illud Math. vi. melius est tibi luscũ ad vitaz ingredi q̃z
duos oculos habentẽ in yehennã ignis mitti

De surditate. Cap^m xx

Surditas est priuacõ siue impedimentũ auditus qui ẜm ꝯstã. ianua mẽtis est Contigit aũt aliq̃n auditũ totaliter auferri et tunc ꝓprie dicit̃ surditas. Et habet fieri ex humorib' opilantibus neruos audibiles et buccas auriũ replentib' intãtũ ꝙ in eis nulla potest fieri allusio. q̃nq̃z nõ ex toto auferẽt ẜm diminucionẽ hũo ris dicit̃ grauitas auditus. q̃nq̃z est ibi sonitus et tynnitus ita ꝙ putat paciens ꝙ sit iuxta molẽdinũ siue iuxta organa et hoc hẽt fieri ex grossa ventositate interclusa. et hoc habz aliq̃n sine interpolacione ⁊ tũc ex ꝓpua ta causa. q̃nq̃z cũ interpolacione et tũc est ex causa remota. q̃nq̃z eni nihil exterius audit̃ ꝓpter opilacionẽ. sed auditus ab interiorib' immutat̃ ita ꝙ paciens credit se audiri ab exteriorib' hoc qd̃ sentit ab interioribus et ẜm hoc fallit̃ auditus Multis alijs modis auditus homis impedit̃ Accidit etiã auri dolor aliq̃n siue apostema et hoc ex calore dissoluente vel ex frigiditate ꝯstringẽte si sit ex calore dolor est acutus. locus rubet. calida obsunt frigida ꝓsunt Si sit ex frigiditate dolor est põderosus et grauatiuus. locus pallet. calida obsũt frigida ꝓsunt. aliq̃n est ex apostemate calido et tũc ad ꝓdicta signa est vehemẽs febris semp eni apostema auriuz febris ꝯcomitat̃ ẜ remissio et cũ minori dolore in causa frigida q̃z in calida. Aliq̃n relinquit̃ in aure vulnus ex apostemate ꝓcedẽte qd̃ cognoscit̃ ex dolore citillacione et sanicie effluente. Aliq̃n fiunt vermes in aurpori ex humoribus calidis inuiscatis per interempcionẽ spũs viuificatiui Si ergo ꝯmiũ sũt pruritus et citillacio et aliq̃n videri possũt si auris soli exponatur. Aliq̃n fit dolor a causa extrinseca sicut ex aqua vel lapilli subintracõne. aliq̃n ex ꝑcussione cuius signũ est exitus sãguinis. aliq̃n tamen exit sanguis ex supabundãcia et incõtinẽcia. Unde ꝯstã. si subito sanguis et sine dolore ab auribus exeat sine manifesta causa signũ ẽ aliud esse in capite q2 natura expellere laborat. optet ergo ꝙ aures a ꝓncipio mũdificẽtur. Alias aũt auriũ passiones q̃re sup̃. li. iij. de auditu ⁊. v. de aure. ibi eni sunt multa inserta. Dolor igit̃ auriũ si est ex calore et sine apostemate frigidis et alteratiuis insistendũ est. Ungi eni debz locus doloris oleo rosaceo vel violaceo et ꝯsilibus. talia eni olea tepida auribus instillent̃. nõ enim actu frigida debent auribus instillari. Si vero fit ex frigiditate sine apostemate cũ calidis alteratiuis ad curã ꝓcedendũ est sic oleo laurino rutaceo et huiusmõi Si vero fuerit cũ calido apostemate frigidis maturatiuis ꝓmo

ratiuis primo insistendū est. deinde mundificatiuis et in contraria causa
adhiberi debꝫ medicina. Rupto igitur apostemate quod ꝯgnoscitur ex
fluxu saniei. primo mundificandū est vulnus deinde ꝯsolidandū. mundifi
candū autē cum vino et cū melle simul mixtis et inmissis cōsolidat̄ cū pul
uere thuris et masticis et huiꝰmodi. si vermes ibi fuerint succi amari sicut
persici absinthij porri infundant̄ Similit̄ oleū amarū ex amigdalis ama
ris auri pacienti instilletur. talibus eni vermes occidunt̄ et putrefacti cū
sanie educunt̄. si enim lapillus intrauit caute extrahatur qđ si fieri nō pōt
auribus calidis inungat̄ et sternutacio ꝓuocetur vel cum ventosa suga/
tur et extrahatur. Ad surditatē remouendā vel saltem releuandā valent
multa que dicit Cōstantinꝰ. sed inter omnia solet balsamū instillatū auri/
bus ꝓualere. Surditas tamē si fuerit a natiuitate incurabilis est. Similit̄
que per terminū durauērit vix curatur. Tinnitus qui ex vētositate causat̄
cum extenuatiuis ventositatis curetur. sicut cum aneto calamēto colato
organo et cōsimilibus quorū subfumigacione tynnitus soluit̄. Et hec de
passionibus aurium et earū remedijs dicta sufficiant.

Ca. xxi

De polipo.

Polipus est supflua caro ex naribus excrescens ex supfluis hu/
moribꝰ generata. Hāc passionē fetor horribilis semp cōcomi/
tatur et tn̄ fetor a poliposo nō sentit̄. ꝓpter opilacionē eni ner/
ui odorabilis talis inter odoris et fetoris dr̄as non discernit
Habet autē fieri tam fetor narium q̄ꝫ polipus in hunc moduꝫ humores
grossi et viscosi fluunt ad caruncula narū ⁊ ibidē diuturnitate tempis
et actione caloris cōdensant̄ et quasi in substantiā carneā cōuertunt̄ que
corrupta cum sit inde fumositas resoluta et aeri immixta inspirādo et re/
spirādo fetorem facit. et infirmitas talis polipus dicitur qn̄qꝫ etiā ad na
res descendit humiditas et eam conbibit spongiosa narium porositas ⁊
ibi putrescentes corruptionē generant et fetorē qn̄qꝫ etiam calidi humo/
res acumine suo pusculas in naribus generant que locum vlcerant et ex/
coriant. Unde ex corrupcione carnis et humoris quā ex coartacione in/
spirationū cum non possit cerebrū depurari. fetor necessario generat̄ Pri
mū remediū contra hanc passionē est vt caput forti et cōuenienti medici/
na purgetur et post fluxus intercipiatur. deinde paciens aquam calidaꝫ
naribus attrahat atqꝫ sugat vt humores in viscatis dissoluantur et edu
cantur. Ad nares purgādas valēt pillule dyacastoree cū succo rute et vi
no tepido resolute si naribus sunt iniecte. Ad restringendū fluxuꝫ mirabi
liter valent grana turis albi si sepius assumantur. Si vero fuerit polipus
cōfirmat̄ p̄cedentibus purgationibus et opilatis pulueribꝰ ⁊ medicinis
corrosiuis amoueat̄ vel ꝑ incisionē sicut in syrurgia plenius edocetur.

De passione narium. xxii

Paciunť etiam nares sepius fluxum sanguinis. et hoc fit in mas culis tribus de causis. tātū fit eni fluxus a cerebro et tūc fit cū sternutacione et cum dolore frontis et punctione vel ab epate et tūc dolor sentiť in dextero latere et fluit per dexterā narem vel a splene et tunc a sinistro latere erit dolor et fluit per ꝑtez sinistrā. ꝓpť hoc etiā in mulieribus etiā fit a matrice et tunc dolor est circa vmbilicuz Hic fluxus qn̄qz est vtilis ⁊ qn̄qz eni in febribus etiaz acutis ⁊ in frenesi in die cretico solet fieri motu nature et tūc solet bonus esse. nam bonus ē qn̄ ante diem creticū fit ex nimia sanguinis interioris ebulicióe et feruoē vnde acumine suo venas aperit et fluxū facit. his et multis alijs decauſ fluit sanguis siue aūt fuērit fluxus creticus siue synthomatic⁹ nō in princi pio r̄stringať fluxus ne crisis impediatur vel ne sanguis ad alias ꝑtes ⁊ sinthoma peius faciat vt suffocacionē et hui⁹mōi. si aūt nimis augeretur fluxus si paciēs esset fortis esset in ꝑte pacienti minuendus. extremitates sunt ligande et forcius ↄstringende. medicine restitiue sūt tymporibus et fronti adhibende. aqua cum aceto in facie perfundēda. Si ab epate fiat fluxus ponať ventosa super epatis regionē. si a splene suꝑ splenez. si a ma trice super matricē vel mamillas.

De fetore oris xxiii

Fetor oris qn̄qz causatur ex denciū et gingiuarū corruptione. quādoqz ex oris et palati vlceracione et putredine. qn̄que ex thoracis mala habitudine et mēbroꝝ spiritualiū vicósa dispo sitiōe. qn̄qz ex putrefactione humoꝝ stomachi. qn̄qz ex vniuer sali cordis infectione vt in leprosis quorū anhelitus est fetidus et infecti/ uus. qn̄qz ex fetidorū cōmestione vt patet in illis qui cōtinue ↄmedūt alli um cepas atqz porrū. qn̄qz aūt fit ex corruptione mēbrorū spiritualiū et vniuersali corruptione humorū infectoꝝ. palliari quidē potest sed nō cu/ rari. talis aūt fetor est ↄtinuus interpolacionē non accipiēs Ille aūt qui est ex vicio stomachi interpolatur qꝛ ante prandiū est maior et post prā/ diū est ꝑuus vel nullus et hic bene curatur cū extersiuis aromaticis et cō fortatiuis. Primo igiť materia que est in stomacho que fetoris est causa digeratur. diuidať et expellať. post ↄmestionē sepius vomitus ꝓuocetur vt villi stomachi mundificentur. a putridis cibarijs et putrefactionis dis positis caueatur. vir vino aromatico et aromaticis ad ↄfortacionē vtať Si causať fetor ab alijs vt gingiuis et dentibus putridis dentes extra/ hantur qui sunt in causa vel facienť gingiue fricentur ⁊ mundificenť cum

decoctione

decoctione rosarũ in vino vel aceto tepido abluant̃ cum puluere thuris
et masticis et melle gingiue et radices denciũ fricentur et mundificent̃

De dolore denciũ. xxiiii

Dolor denciuꝫ qñqꝫ fit vicio stomachi qñqꝫ vicio cerebri. ex vi-
cio cerebri qñqꝫ humores frigidi et calidi et reumatizantes
neruos denciũ inficiũt et dolorẽ inferunt. vicio autẽ stomachi
fit ex humoribus calidis in ipso existẽtibus a quibꝰ fumositas
resoluta supiora petens neruos denciũ ⁊ radices mordiendo vel aggra
uando dolorẽ infert dentibus ac fetorẽ. Si ex acutis et calidis est humo
ribus dolor est acutus et pungitiuus cũ rubore faciei cuꝫ aspitate et sicci
tate gutturis cũ siti ⁊ amaritudine oris Si ex frigidis dolor est minor cũ
grauamine capitis cũ subfumiditate et pallore cũ acetosa eructacione et
oris insipiditate. dolor aũt veniẽs ex cerebro diu durat sine aliqua inter
polacione qꝛ aliqñ. x. horis vel plus. q̃ vero ꝓcedit ex stomacho. iiij. vł iij
affligit horis et plus q̃escit cũ ergo doloris dẽciũ vt. d. ɔstã. sũt putredi
nes et fetorẽs rupture et ꝑforaciões. mociões et casus ⁊ limositates Per
forant̃ eni dentes et qñqꝫ rũpunt̃ Aliqñ in colorẽ citrinũ viridẽ vel nigꝝ
mutant̃ q̃ omĩa ex humiditate putrida nascunt̃ que a stomacho ad liga-
menta denciũ defluit et ascendit. Eadẽ et causa est relaxaciõis et motus
denciũ atqꝫ casus. nam acuti humores in radicibꝰ denciũ dentes ꝑforãt
et ɔsumunt sepius et relaxant Unde sũt causa q̃re cadũt cũ radices deñ
cium aut putrescunt. vermes in dentibꝰ maxillarũ fiunt ex humoribus et
eorũ ɔcauitatibꝰ putrefactis et cognoscitur et ex pruritu et titillacõne et
cõtinua cerebracione et dẽtis ꝑforaciõe et fetoris emissione ⁊ mł̃c aliis
modis quere sup̃. li. v. in tractatu de dẽtibus Iste denciũ dolorose passio-
nes si sunt ex vicio humorũ in cerebro vel in stomacho debita purgatõe
purgent̃. sepius dentes debitis dentiferis mundent̃ de quibus omnibus
sufficienter tractat ɔstan. Vermes denciũ mirra et opio interficiunt̃ den
tes relaxant thure et mastice concremant̃ et hoc idem facit gargarismus
de gallis et malogranati cortice et balanstie cum aceto p̄paratur.

xxv De lingua et sermonis ablacioue

Lingua eciã multipliciẽ patit̃. aliqñ eni paliticatur et tũc ꝑdit
voluntariũ motum et sermonis vsum vt dicit ɔstan. cuius cau
sa est defectus motiue virtutis q̃ excitat̃ p spm veniẽtẽ a cere
bro. vel accidit ex neruo animalis ꝟtutis vehiculo humoẽ vel
apostemate opilato. vel accidit ex ꝓprio substãcie lingue vicio. scꝫ ex ma
la ɔplexione lingue et distempancia infrigidãte. vel caloẽ et siccitate vel
humore. Aliqñ etiã lingua apostemat̃ et tũc intumescit et sermo impedit̃

Aliqñ ex-

Aliqñ ex humore liquido relaxatur et remollitur neruus lingue et nimis mollis efficitur et tūc debitus sermo p nimis remollitā linguā non formatur. Aliqñ ex humore nimis calido et sicco otrahitur et corrugatur et tunc totaliter sermo impeditur. Aliqñ grauibus vlceribus et pusculis leditur et tūc tam in gustando q̄ʒ in loquēdo impeditur. Si ergo lingue substācia sit sana nllas hñs maculas loquela tñ sit ablata a cerebro surgit viciū vel a neruo opilato. Aliqñ pditur loqla ex pdita mēte vt in frenesi vbi homo nō vtitur ymaginacione mēorie et rōne et idō nō mirū si perit loquela que ē instrumentū racionis. qre supra li. v. de lingua sana et infirma.

De raucedine.

Raucedo multis hēt fieri de causis qr ex siccitate vel hūiditate et spirituū et ṽtutū defectibilitate. ex siccitate dicitur aut enim siccitas ineq̄litatē facit aut ostringit meatus Dum eni ex siccitate exasperatur arteria ex aspitate sequitur ineq̄litas et ex inequalitate raucedo et vocis impedimentū. Itē ex siccitate fistulas et pulmonē coartāte sequitur vtrūqʒ pdictorum Ex hūiditate silr duobus mōis. aut ex humiditate otēta in vasis et maxie in sanguine. aut ex fleumate a supiorib' distillante. sanguis eni supabundans venas distendit. Vñ et meatus coartantur et osequitur vocis impedimentū. Silr fleuma distillās in tracheam arteriā et fistulas pulmonis pdicta opatur ex defectu etiā spūs et virtutis impedit vox qr pt3 q eius fortitudo ex spū pficitur et virtute. si ergo ex siccitate cognoscitur ex sicca tussi que est offendiculuʒ spiritus in trachea arteria vel per opassionē est quādo est sinthoma morbi vel per opassiōʒ quādo fit ex siccitate exasperāte que est ex frigiditate fistulas pulmonis coartante et spm offendēte. Unde generatur tussis vel ex humiditate a cerebro distillante. Istis eni modis habʒ fieri tussis que impedit ipam vocem. vel ognoscitur raucedo ex punctura in spūalibus q̄si ex spinis facta ex gracilitate colli ex tocius corpis macillencia. sanguineʒ vero in causa esse cognoscim' exterius se aliquātulū humectata rubore faciei venarum eminēcia dulcedine oris. fleuma esse in causa ognoscimus ex tussi aliquātulum humectata. ex oris insipiditate et saliuarū abundācia defectū spirituū eē cognoscim' vitā ex debilitate et ex tenuiate tocius corpis ex febre precedente vel ex ieiunio fluxu et oib' que corp' extenuāt. si ergo hec raucedo fit ex causa sicca et calida abstineat et salsis calidis et siccis frixis et assis vtatur tempate frigidis et etiā humidis mediocriter calidis si ex sanguine est passio fiat minucio. si ex fleumate dentur purgaciones et opilate que in frigida causa sūt nccie. si ṽo ē ex defectu spūum subueniēdū ē resūptiuis et ofortatis. eadē autē est cura raucedinis et tussis vide in plac. et ostan.

De squinācia

xxvi ¶ De squinancia et suffocacione gutturis.

Squinancia est gutturis suffocacio et ꝓuenit ex apostemate in gutture cui⁹ tres sūt spēs in ꝑma tota materia colligit̃ interi⁹ in quodā folliculo int̃ tracheā arteriā et ysophagū et ɔgnoscitur ex vehemēti dolore nullo tumore exterius apparente aperto etiā ore tumor interius nō apparet ex febre acutissima et ex impedimēto vocis et ex iudicō paciētis. nihil eni possūt transglutire. et hec species incurabilis est. interficit eni sepius ꝑma die. scđa est spēs qñ in minori qntitate recolligit̃ intra et extra in maiori. et dicit̃ squinācia. et habet oīa signa q̄ ꝑma ꝫ remissiora et apparet aliqs tumor extra. et hec spēs vix curatur. Tercia vero spēs est qñ tota materia colligit̃ extra et dicit̃ squināncia cuius signa sunt. vehemēs tumor extra febris lenta. dolor modicus sine difficultate spirandi et respirādi. et hec spēs non interficit nisi tumor ad interiora se retraxit. Fit aūt hec passio ꝑncipaliter ex sanguine. scđario ex fleumate et melācolia nūqꝫ ex coléa. ⁊ ɔgnoscūt̃ he cāe ꝑ sua signa Isti⁹ passionis ꝑma cura ē sāguinis extractio in q̄ntitate mlta incidant̃ etiā vene sub lingua fiūt scarificaciōes cū vētosis ⁊ in scapulis. deiñ apponant̃ letificatiua. maturatiua et mūdificatiua q̄re sup̄ li. v. de gutture.

xxvii ¶ De difficultate anhelandi inspirādi et respirādi

Difficultas inspirādi et respirandi vel vtrūqꝫ dicit̃ asma vel dispina Et accidit duplici de causa scilꝫ ex siccitate coartante qꝛ quādo pulmo nō pōt libere dilatari et ɔstringi et inde sequit̃ asma. Vel quādo ex humore impeditur motus pulmonis. qñ eni supabundat humor exterius in sup̄ficie pulmonis cuius mole oppressus non potest libere dilatari et tunc est species asmatis que dicit̃ sanguisugiū a sanguisuga quia cum violencia attrahit aerem ad cor refrigerandum. Aliqñ abundat humor interius et in fistulis pulmonis cuius inꝑposicione pulmo non potest libere constringi et tunc dicit̃ anhelitus. quia in hac specie laborat paciens in expirando. Aliqñ aūt abundat humor interius et exterius ꝓpter qđ nō pōt pulmo libere dilatari nec cōstringi et tūc est illa spēs que dicit̃ orthonia id est spūs rectitudinis qꝛ paciens laborat equaliter in inspirando et expirando et ita sunt tres species asmatis ꝑm tres humorū exposiciones si ex siccitate et caliditate vngentis electuarijs. syropis frigidis et humidis curet̃ ⁊ ecōuerso vide in plat̃.

xxix ¶ De sputo sanioso et sanguinolento.

Circa sputum etiam accidunt passiones vt patet in emptoicis in quibus est sputum saniosum et virulentum et in emptoicis ⁊ in quibus

in quibus est sanguinolentū. Emptiua eni dicitur passio qñ sanies excre/
atur et hoc contigit in causis reumaticis et pleureticis ⁊ peripulosicis ⁊
in alijs apostematibus stomachi pectoris vel pulmonis. Habet aūt fieri
hoc mō dum humor supioribus distillat in pulmonē. pulmo repcutitur ⁊
ex repcussione ꝯculcat̃ et ex cōculcacione sanies nascit̃ vel pulmo vlcera/
tur vł defluēs humor ad aliquē locū ad apostema recolligit̃ ⁊ ibi in sani
ciem cōmutatur que in vim nature vel sinthomatis resolutis ꝑ saniē siue
saniosū sputū euacuat̃. nō tamē quilibet spuēs saniem debet empticus iu
dicari Pleuretici eni saniem spuunt et multi alij et tñ non sūt emptici. Sꝫ
illi qui infectione pulmonis et eius saniosa habitudine sūt corrupti quoꝝ
signa sūt ista sputum saniosū corpis macillencia. colli gracilitas. et tussis
cum difficultate anhelandi. facies subtumida tumēt et dolent orbes ocu
lorum emptoici sunt per os sanguinē exspumantes quod cōtingit per ali
cuius vene apcionem per humorū multitudinē et eorū fumositatē. ꝑ cor
rosionē vene per caloris excessum. calore enim poros aperiente sanguis
emittitur et exsudat. et dicitur mitti per dyabrosim id est per resudacōez
et tunc sanguis emissus est purus clarus et paucus absqꝫ dolore pacien
tis et anhelitus sentitur calidus. ab alijs autē membris frequenter redū
dat ad os sicut a cerebro et tunc est cum rubore faciei et venarū oculoꝝ.
qñque a pulmone et tunc est sanguis spumosus cū tussi et dolore sinistre
mamille et sic de alijs mēbris in quibus sanguis colericus qui vi nature
sinthomaticis motus nunc per nares nunc per os emittitur et purgatur
Prima itaqꝫ passio scꝫ sputū saniosū sanetur dissolutiuis. mundificatiuis
et extersiuis. et caueatur ne in tussim cōuertatur longū eni post pleuresim
infra quadraginta dies in ptisim ꝯmutatur vt dicit yppoc. Secūda vēo
passio scꝫ emoptoicoꝝ sanetur mundificatiuis constrictiuis medicinis sic̃
in viatic̃. continetur et in plat̃.

De ptisi. xxx

Ptisis est ꝯsūpcio naturalis humoris corpis ex vlcere pulmo/
nis ꝓueniēs Fit aliqñ ex reumate a capite distillāte in pulmo
nem quē repcutit et repcuciendo cauat et cauando vlcēat sic̃
gutta paulatim distillando petrā cauat Fit aūt ex nimia sub/
stācie pulmonis siccitate que arefacta de facili laceratur. sicut pampinus
vitis in fine autūpni desiccatꝰ leui vento dissipatur. Fit autē aliqñ ex san
guine ꝙ aliqua vena rumpit̃ in pulmonē Sanguis talis aliqñ in saniem
conuertit̃ et sanies inficit et vlcerat pulmonez Vñ et yppoc̃. ex sanguine
et sputo ptisis ⁊ fluxus ꝛc̃. ex vlceracione pulmonis sic consumitur totum
corpus Primo enim per sui dilatacionē ab exteriorib' trahit aerē qñ mi/
nistrat cordi ad sui innati caloris ministracōez siue mitigacionē qui dum
vlceratur

vlcerať ꝓpter sensũ ꝓprie lesionis cohibet motũ suum nature ꝯm debitũ dilatať. vñ insufficiētē aerē cordi admistrat q̄re paulati calor intendiť et paulati corp⁹ cōsumiť. febris eni ethica cōcomitať ptisim q̄ ꝯbalē ꝯsumit corpis humiditatē. omīs eni ptisicus ethicus est sed non cōuertiť. Talis enim passio nō de facili curatur ex quo inualescit. et assignat ꝯstan. rōnem om̄e inq̄t vulnus difficile sanatur nisi mundeť. Vlcus aũt pulmonis purgari non pōt nisi cuz tussi. tussis aũt vulnus ꝯsolidari nō ꝑmittit. dilatat enim et aperit. Unde putredines maiores in se recolligit dũ ꝑtiz colligit ꝑtim purgat insanabile redditur apostema dũ ita circinat. Qui ergo ptisim vult sanare. ꝓmo vulnus pulmonis sanet priusq̄ȝ putrescat. Ista autē ptisis cōfirmate sunt signa. calor ꝯtinuus lentus in volis manuũ et pedũ acucior. rubor in maxillis. strictura inflata sitis cum asperitate lingue colli gracilitas. tocius corpis consũpcio. vnguiũ et extremitatũ ꝯstrictio. cōcauitas ꝯm orbes oculoꝝ. dolor sinistre spatule vsque ad humeꝝ. fluxus capillorũ. et hoc signũ est mortis in ꝓximo cōminentis sicut sputũ fetidũ et virulentũ et anhelit⁹ plus fetidus ꝯsueto signat totalē substancie pulmonis corruptelā. talis est nutriendus dieta que refrigerať et solidat ac restaurat. Dentur igiť mediocriť frigida caloris febrilis mitigatiua mediocriter ventris mollificatiua. ꝑcipue tamē cauendũ est ne nimis soluať quia si fluor accedit mors intrat vita recedit. vt dicit Egidius valēt eis humectancia et humoris consumpti restauratiua.

De dolore cordis et cardiaca passione.

Tremor siue cardiaca ē passio cordis sic dc̄a q2 ex defectu cordis oriť sepe. Duplex est aũt cardiaca scȝ dyaforeaca id ē pororũ aperitiua q2 pororũ apcionē cōcomitatur. Alia diciť tremens q2 cũ quodā tremore sentiť motus cordis. Dyaforeaca est ex causa calida et caloris distemꝑancia circa spiritualia vnde et pori aperiuntur humores et fumi resoluuntur qui fumus exiens per poros in sudorem cōdensatur. et ex tali frequēti sudore ydropisis vel ethica generatur. et tales ex defectu virtutis sepius sincopizant. Cardiaca vero tremens fit quādoq̄ȝ ex frigida causa. quādoq̄ȝ ex melancolia quandoq̄ȝ ex fleumatica. nam talis humor abundans in pulmone opprimit aliq̄ciens cordis vtramq̄ȝ capsulam ipsamq̄ȝ cordis substanciā Unde impediť debitus motus cordis et obduranť vene per quas discurrit spirit⁹ vitalis et tales prorumpũt in subitam suffocacionē et ideo talis passio diciť tremens quia si teneas manũ super cor non sencies cor debito modo dilatari. sed cum quodam tremore parum et exiliter tantũ moueri Aliqñ est cuz febre lenta. aliquādo cum febre forti et tũc maius est periculũ. aliquādo

sine febre. aliqñ melancolia est in causa et tales incidunt in passionez que dicitur incubus vel phialtes. Aliqñ accidit ex vicio epatis a quo nõ mã datur sufficiẽs nutrimentũ cordi Unde deficit et debilitatur vt dicit Cõ stantinus. Aliquando accidit ex mala disposicione aliorum membrorum ex quorũ colligancia cor patitur. sicut quãdo a cerebro vel stomacho trans mittitur fumus. vel humor nociuus. Unde substãcia cordis leditur defi cit vel grauatur. et ideo talibus accidit tremor cordis ex acumine fumi vel materie que pungit et mordicat cordis substanciã. vnde fit in eo tre mor. accidit et sitis propter cordis compressioné et caloris intensioné. Uñ siccitas et sitis suspirium et altus anhelitus. quia cor laborat ad aerẽ at trahendum cum non valeat dilatare. accidit et tremor ex fumo melanco lico ex siccitate et spiritum perturbante. accidit et pinguedo quia deficit calor naturalis et inde torpor et pigricia generat̃ ex defectu etiã cordis et debilitate spirituũ accidit sincopis que a vulgo spasmacio vocatur. et hoc contingit aliqñ ex accidentibus anime vt ex timore cordis constringẽ te. aliqñ ex nimio gaudio vel ira cor dilatante et spiritus exalante vel ex euaporante et soluente. aliqñ accidit ex accidentibus corporis sicut ex ma la complexione vel replecione vel nimia inanicione ex venarũ opilacõne et spirituũ cõpressione. aliquando ex nimio sudore. Ex hac autez sincopi quidam incurrunt mortem subitaneã opilata vena concaua per quã san guis et spiritus vitalis ad cor transfertur. vel etiam opilato meatu per quẽ pulmo frigidum aerem solet recipere et a se fumositatẽ superfluam remo uere quandoque ex matricis vel stomachi nimis repleti compressione. In omnibus istis ergo periculis si humor ẽ in causa purgetur debito modo humor peccans dentur confortatiua et spirituum reparatiua et resũpti ua. Si est ex nimio fluxu vel nimio sudore fluxus intercipiatur sudor rep matur Si ex nimia replecione stomachus euacuatur contra tremorem cordis confortatiua conferantur sicut dyamargaricon et electuaria ac me dicine in quibus cum aliis confortatiuis imponuntur mustum aurũ aut margarite siue parule ossa de corde cerui ambrosia lignũ aloes spondiũ. hec enim omnia valent contra cardiacam et sincopim et alias cõsimiles cordis passiones maxime quando accidit sine febre. in febribus autez ca lida non sunt danda.

De febre. xxv

Febris autẽ ex distempancia cordis accidit et prouenit. quia vt dicit cõstan. febris est calor nõ naturalis a corde exiens rapt⁹ ad oĩa membra corporis corpusque nocens actioni. dicit etiam ypoc. in

epid. se

cpiđ febꝛis eſt caloꝛ curſum nature exiens in opibus eius nocens. Auic. aũt ſic dicit: febꝛis eſt caloꝛ extraneus in coꝛde attẽtus et ꝓcedẽs ab eo mediantibus ſpiritibꝰ et ſãguine per venas et arterias in totũ coꝛpus et inflammat̃ in eo inflãmacione que nocet opibus naturalibꝰ. Febꝛis etiam vt teſtat̃ yppoc. eſt fleuma a pectoꝛe ꝓcedẽs in totũ coꝛpus. Diuerſificat̃ eñi febꝛis tripliciť ſm tria ꝯponencia coꝛpus humanũ. Componit̃ enim ex ſubtilibꝰ id eſt ex ſpiritibus et liquidis ſcꝫ ex humoꝛibus et ſolidis coꝛpoꝛibus ſcꝫ ex ipſis mẽbꝛis. Eſt itaqꝫ ꝑma ſpẽs febꝛis qñ diſtempantur ſpũs in caloꝛe et dicit̃ effymera. ſcđa in humoꝛibꝰ et dicit̃ putrida. tercia que accidit in ſolidis mẽbꝛis et nominat̃ ethica et dicit cõſtã. et gal. has febꝛes bonis aptant ſilitudinibꝰ. effymera inq̃t febꝛis vẽto calido videt̃ ſimilis eſſe quo vter impletus ex ſui caloꝛe neceſſe eſt vt caleſiat. Idẽ etiã facit ſpũs caleſactus circa coꝛ et totũ coꝛpꝰ. putrida vero febꝛis aque calide eſt ſimilis. aqua eñi calida cum frigidũ vas impleuerit ipm in caloꝛe ſuo ipſũ calefacit. ſimiliter humoꝛes calefacti calefaciũt coꝛpus ⁊ alia mẽbꝛa. Ethica autẽ febꝛis vaſi calido aqua frigida pleno eſt cõꝑabilis. aq̃ eñi frigida ex vaſe calidõ calefacit. ſic ⁊ febꝛis ethica cum ſit radicata in mẽbꝛis calefacit coꝛ et alios humoꝛes cõꝛꝑis diſtempat et immutat.

De febꝛe effymera.

Effymera autẽ febꝛis dicit̃ ſm gal. ab effymeron qđ eſt ſimplex qꝛ fit ex diſtempancia que fit in ſubtili ſubſtãcia vt in ſpiritu vł vt dicit yſaac in li. febꝛiũ. effymera ab effymerõ marina belua dicit̃ que in eodem die quo naſcit̃. moꝛitur. vel ſm macrob. dicitur ꝙ vnius diei feruoꝛ. meron enim dies dicit̃ apud grecos. raro eniꝫ ſuus feruoꝛ vltra vnius diei terminũ ſe extendit. ſemꝑ eñi poſt diem vnuꝫ deficit cito vel in febꝛem putridã vel ethicã ſe conuertit vt dicit ꝯſtan. et yſaac. Accidit aũt iſta febꝛis ex cauſa interioꝛi ⁊ etiã ab exterioꝛi. ab interioꝛi autem fit dupliciter ſcilicet a frigoꝛe et caloꝛe. a frigoꝛe vt ex ſubita frigiditate aeris ſcilicꝫ quãdo ex clauſis ſubito poꝛis exterius fumi calidi interius concludunt̃ et ex eoꝛum cõculcacione et multiplicaciõe caloꝛ intenditur ex quo coꝛdis diſtemperancia generatur Aliquando accidit ex caloꝛe et diſtempancia aeris ſiue ſolis. quãdoqꝫ ex radioꝛũ reꝑcuſſiõe ſpiritus animalis diſtempatur et pꝛopter colligánciã ſpirituũ et humoꝝ totus homo diſtempatur a cauſa interioꝛi effymera qñqꝫ ex caloꝛe ſpirituũ et humoꝛũ cõplexio hois caſu aliquo ſubito immutatur. ſic ex nimia exercitacione ꝑcedẽte. ex nimia calidoꝛũ frequẽcia vinoꝝ alboꝝ et hmõi ex quoꝛuꝫ nimio vſu caloꝛ aliq̃ciens intendit̃ et febꝛis effymera generat̃ Hec ſpẽs febꝛis inter alias cicius et facilıꝰ incurritur ſed difficilius ſanat̃

multum tamẽ

multū tamē piculosa est et grauis qñ in putridam vel ethicā cōmutatur. Accidit aūt spāliter ex quibusdam apostematibus in gingiue nascentib' et sub asellis que quidē a medicis bubones nomiant̄. vnde nō sine causa in amphor̄. dicit̄ In bubonib' quidē oēs febres male exceptis effymeri. zc. Signa autē huius sunt vrina nō multū distans a sana aliquātulū intē sa et aliqntulū subtilis pulsus durus et velox et frequēs nō multū a tem/peramēto recedēs. Relique vēo virtutes vt appetitus et motus voluntarius parū immutant̄ hec de facili febris curatur. et si congrua dieta vtat̄ paciens et si a nociuis caueatur

De ethica.

Ethica febris est que ledit solida mēbra dicit̄ ab ethis quod ē habitudo quasi febris cōuersa in habitū. Aliqñ aūt est ethica febris et morbus p se Aliqñ ꝓpter aliū morbū per se fit morb' aliqñ ex cibis nimis calidis et potibus. aliqñ ꝓpter nimia exē/cicia sicut ꝓpter studiū immoderatū vigilias et ɔsimilia qbus calefit spi/ritus aialis et per ɔsequēs visibilis et ita calefit et minoratur humiditas naturalis et inducitur ethica. aliqñ etiaꝫ causatur ex alio morbo sicut ex effymera ex putrida interpolata vel acuta etiaꝫ ꝓpter calidū apostema. sepe eni cōtingit ꝙ effymera excedit terciū diem consistēs in vna qualitate et appaēt in cute infirmi quedā obscuritas liuiditas citernitas ɔsumpcio et tunc illa effymera in ethicā cōmutatur. maxie aūt accidit ex effymera que ex angustia. ira. tristicia. odio et vigilia immoderata et cōsimilib' anime exerciciis ex febre interpolata quia calor innaturalis calefacit mēbra et desiccat ꝓpter acutam quia calefacit sanguinē vel p̄dominans substancialem consumit humiditatē. quādo enim extenuatur sanguis nō est debitum nutrimentū membroꝝ. vnde sequit̄ consumpcio. sicut eniꝫ fit in arbore que desiccatur ex caliditate et siccitate aeris humiditatē cōsumē/tem in estate. vel ex nutrimenti ablacione sicut accidit in hyeme qñ cadūt folia. vel ex nutrimenti corrupcione et pmixtione et malas cōmixtiones et qualitates sicut ad vitrositatē. sulphureitatē et huiusmōi sicut ɔtingit in humanis corporib'. qñque enim fit nutrimenti ablacio propter impo/tenciam nec in digerendo cibo ⁊ in restaurādo deperdita sicut accidit in senibus qñqꝫ calor extraneus corpori dominatur ⁊ substancialē humiditatem mēbrorū desiccando destruit et ɔsumit qd̄ solet accidere in ethica que ꝓuenit ex acuta febre vel ex accidētibus aie qñ sanguis nutriturus membra radicalia mutat a sua dulcedine et sapore sicut accidit propter apostemata ꝓlixa corpus calefaciencia et ɔsumencia q̄ sūt aliqñ causa febris ethice siue habitualis. In genāali aūt ista sūt signa hui' febris. calor nociuus equalis in qlibet pte corpis. signum scdm est ꝙ calor leuis est et

non pungi

non pungitiuus.vñ infirmi pati febrē vix se putāt.terciū signū est ꝙ eorū
calor est liuidus et plumbeus aut citrinus.quartū est ꝙ eorū corpa sunt
aspersa.oculi ꝯcaui siccam emittētes lippitudinē.nutritiua enī eoꝝ humi/
ditas ab eis ablata est.Particularia autē signa sūt diuersa ꝓm diuersas
spēs hui⁹ febris Species aūt diuersificant̄ ꝓm diuersas hūiditates.Dic
eni Auicē.ꝙ q̄tuor sūt hūiditates.ꝓma est in extremitatib⁹ ꝑuaꝝ venaꝝ
subintranciū essenciā mēbrorū ꝯsimiliū.qñ aūt supattendit̄ hec hūiditas
fit febris putrida et nō ethica ꝫ facile generat ethicā et inducit.scđa hūi/
ditas est q̄ est in porositate mēbroꝝ ꝯsimiliū sic̄ ros.Vñ etiam et ros ab
autorib⁹ appellat̄ et cū hec supattendat̄ fit ꝓprie ꝓma spēs ethice.tercia
humiditas ē que est ꝯuersa actione mēbroꝝ cōsimiliū ex ꝑte nature et cō
plexionis ipsorū mēbroꝝ et stat loco depditorū Vñ et ab autorib⁹ cam
biū nūcupant̄.et qñ hec supattendit̄ substācia scđa spēs ethice ꝓcreatur
est et quarta humiditas colligans et cōtinuās oīa mēbra et est a sper/
matica humiditate et hoc dicit̄ glutinū ꝑcium que cū ꝯsumit̄ nō repatur
et hec inducit terciā speciē que est incurabilis.si enī possit hec humiditas
repari posset fieri regressus a senectute ad iuuentutē vt dic̄ Auicē.prima
itaqꝫ spēs vt dicit ysaac in li.de febribus est facilis ad curaꝫ et difficilis
ad cognicionē.sed si calor augmentetur et desiccetur hūiditas vicina co
agulacioni fit secūda species et est facilior ad ꝯgnoscēdū et difficilior ad
curandum.quando vero intātū intenditur calor ꝙ desiccat humiditateꝫ
colligantem membra fit tercia species que est facilis ad cognoscenduꝫ ꝫ
impossibilis ad curandū.in prima vero specie cum sanguis generalibus
suprapositis calor augmētatur ante prandium in secūda vero post pran
dium plus sentitur.sed in tercia maxime.cuius causam assignat ysaac in
libro febrium dicens humiditas cibi contraria est calori innaturali Vñ
quādoqꝫ illum suffocat ex toto vt in prima specie que est debilis et ideo
est ante prandium maior calor.si autē ad suffocacionē caloris non suffici
at saltem calor interiuꝫ sopitus excitatur per suum oppositum et fugit cō
trarium exit ad membra exteriora sicut quādo proiicit̄ scilicet aqua frigi
da super calcem viuam non extinctam Tercia species vt dicit ysaac ꝑtꝫ
per sensum nam facies mutatur in liuidum colorem ꝓpter subtilem humi,
ditatem desiccatam et virtutis defectum.nares sunt subtiles et acute et
oculi concaui.tympora aspera quia consumpto humore apparet asperi,
tas ossium ⁊ compago motus palpebrarū et superciliorū fit grauis ꝓpt
oculorum siccitatem.Unde sine voluntate claudunt oculos quasi graua
ti a sompno propter virtutis defectum.tactu senciuntur frigidi et sicci sed
per moram semꝑ ascendit calor maior.detecti non videntur habere vis
cera.et tactus eorum quasi tabule si cutis eleuetur non descendit inferius

ꝓpter defe

ꝓpter defectū humiditatis. pulsus debilis et spissus et durus. vrina silis
est oleo in liquore et fusa supra petrā sonat sic oleū. Hec infirmitas quo
ad primā speciē cito curatur ne cadat in secūdā que difficulter curari pt.
Curatur aūt mediocriter tempatā et p medicinas caloris repressiuas ꝛ
confortatiuas et humoris pditi restauratiuas et ad hoc pcipue valz ele
ctuariū pris. balneari aūt solet cum rosis violis maluis et alijs conforta
tiuis herbis et humectatiuis balneū autē non debet esse nimis calidū sed
quasi tepidū ne nimia humorū ꝯsumpcio cōsequat. et non fiat in balneo
longa mora. Inungi etiā solet vngentis resūptiuis infrigidatiuis et hu
mectatiuis sicut oleo violis cū melle albo et lacte mulieris masculū nutri
entis. Specialit dicit plato ꝙ valet ethicis et ptisicis. lac caprinū in quo
lapides fluuiales sunt extincti si ieiuno stomacho et inanito pacientibus
tribuatur.

De febre putrida. xxxv

Febris putrida ex putridis humorib' ex qbus gignit putrida
ē vocata. dic āt ysaac. ꝙ ista putredo sic hz fieri mal' hūorib'
et sup̄fluis in aliq pte coadunatis ex calorē extneo ꝛ innaturali
quocunqꝫ casu supueniente quedā fit humorū pturbacio. Mo
uentur eni humores per illū calorē et ebuliūt. sed tn̄ non digerunt neque
facta digestione inter ptes laudabiles et nō laudabiles mundificent. sed
pocius facta ebulicione piter ꝯmiscentur. et ideo necessario ptes corrum
punt. Cum igit materia grossa et viscosa in corpe coadunata moueatur
a calore necesse est vt resoluat in vaporē qui vapor intrat humidū gros
sum manens in se occultat et non libere exalans et exiens ꝓpter grossiciē
materie sibi resistentis corrūpitur et putrescit. huic autē putrefactioni ma
xime est disposita complexio iuuenū et calida et humida. quādo excessus
est in humiditate et calore. cōplexio frigida et sicca nō sic ad putredinem
est parata. et ideo grandē raro febres putridas paciunt quia siccitas ꝯ
plexionis desiccat humorē et coadunat et digestioni materie ac dilataci
oni obuiat et repugnat que sunt disposiciones medie ad putrefactionē
frigiditas etiā cōgelat et resistat calori facienti ebulicionē. Palā igitur ē
intelligere qm̄ cause facientes putrefactionē sunt humiditas disponēs et
caliditas humores mouens et ebulicionē faciens in humorib' quorū fe
ces vt dicit ysaac. nō diuidūtur nec mundificant immo mutuo permiscē
tur et ideo ad putredinem necessario disponunt. Huic autē putrefactioni
cooperatur maxime pororū corporis clausio et constrictio quia constri
ctis poris nō potest fieri superfluitatis resolucio neqꝫ euaporacio et ido
est necesse ꝙ maior fiat humorum per calorē ꝯmocio et corrupcio. prefer

tim causa

mellis prouentus adducitur in aluearibus ex contubernio fucorum Sūt
autem fuci sine aculeo velut imperfecti apes et sunt seruiciales verarum
apū. et ideo eis impant vere apes ꝑmosq; expellunt ad opa. tardo ātes āt
sine clemencia pungunt et puniunt neq; in ope tantū sed eciā in fetu adiu
uāt apes Certe em̄ quo maior eoꝝ fuerit multitudo eo maior fiet exami
nū ꝓuentus Cū mella vero cepint matura esse abigunt eas a melle q̄ sin
gulas aggresse eas trucidant atq; fugant. nec vidētur nisi in vere Impa
toribus apum fuci extruunt regias mansiones amplas magnificas sepa
tas cooperculo eminentes. et fiunt sexangule omnes celle singulorum. et
q̄uis fuci sustineant tot labores comedere tamen de melle vix permittū
tur nisi quantum capiunt et furantur vt dicit pli.

De griphe. c. liiij.

GRiphes est animal pennatuȝ et quadrupes in yperboreis ptib⁹
siue montibus nascens. omni parte corporis sunt leones. alis
tantum et capite aquilis assimilantur Equis vehementer sunt
infesti et viuos homines discerpunt vt dicit ysidor⁹. libro xij.
Adeo autem infestat equum vt ait vguicio. quasi equitem armatum cum
eo rapiat in sublime vt dicit glosa super deut. xiiij. custodiunt autem gri
phes mōtes in quibus sunt gemme preciose vt smaragdi et iaspides. nec
permittunt eas auferri exinde. vnde dicit ysido. libro xiiij. ca. tercio. Par
tes quedam in scitia auro et gemmis effluunt sed griphorum immanita
te accessus hominum est rarus Ibi smaragdi optimi et cristalli ꝛc. Tam
magnos habent vngues et tam amplos q̄ inde fiunt ciphi qui mēsis re
gum apponuntur.

De glire. ca. lv.

GLires sunt quedam bestiole quasi maiores mures sic dicti. qui/
a somnus efficit eos pingues. Nam gliscere idem est q̄d cres/
cere vt dicit ysi. li. xij. Tota eniȝ hieme dormiūt et imobiles q̄si
mortui requiescūt. estiuo tp̄e reuiuiscūt De glire āt dicit pli. li. viij
c. lviij. q̄ glires in siluis libēt habitāt et socios sibi notos amāt. ɔtra alie
nos dimicāt et pugnant Insigni vero pietate genitores suos in senectu/
te nutriunt et eis alimēta iuuenes administrāt

De grillo. ca. lvi.

GRillus sicut et cirogrillus est animal paruuȝ debile et infirmū
rapax et mortiferꝝ spinosum. minus ericio vt dicit glo. sup li. xl
A sono āt vocis nomen sūpsit vt dicit ysi. li. xij. hoc retro ābu
lat. et terrā terebrat. noctibus stridet. venatur cum formica cir
cumligata capillo in cauernam eius coniecta afflata prius puluere ne se
abscondat et ita formice amplexibus trahitur vt dicit ysidorus.

de hynnulo

¶ De hinnulo. ca. lvij.

Hinnulus cerui est filius ab innuendo dictus. qr nutu matris absconditur vt dicit ysi. li. xij. animal quidē est debile et imbel/le sicut damula et est acutissimi visus et velocis cursus. mater aūt eius ipm in specubus et antris et locis vmbrosis abscondit et illum vltra spineta et rubeta saltare instruit vt dicit pli. li. viij ca. de ceruis vide sup̄ lrā. c. carnes habent teneras et digestibiles ꝓpter motus frequenciā et discursū vt dicit ost. et ysa in diet et si fuerit castratus anq̄ȝ crescāt eius cornua caro eius melior et temperacior in siccitate et calore vt dicit idem et si fuerit castratus anteq̄ȝ cornua habuerit nunq̄ȝ ei vlteri⁹ crescent et si p⁹ nunq̄ȝ ea abiciet nec mutabit vt dicit aris. li. viij. et pli. hinnulo serpentibus otrariant miro mō q̄ enim fuerit inunct⁹ eius sepo vel sāguine a serpente illo die non tangit̄ vt dicit xxxviij. li. c. ix. et eius coagulū ē summum remedium in venis vt dicit idem.

¶ De hirco. ca. lviij.

Hircus est animal petulum et lasciuū semp̄ feruens ad coitū vt dicit ysi. li. xij. cuius oculi ob libidinem in transuersū aspiciunt. nam hirqui dicunt̄ oculoꝝ anguli vt dicit idem ¶ Eius natura est calidissima adeo vt adamantē lapidem quē nec ignis nec ferꝝ domare valet eius cruor calidissimus remollit vt dicit idem. Hic caper est dict⁹ eo q̄ carpe nitit̄ arboꝝ sūmitates vt dicit ideȝ ¶ Incipit aūt hirc⁹ ad generādū moueri p⁹ vnum annuȝ vt dicit aris. li. v. ¶ Et filius q̄ pmo generat̄ est grossior et pinguior post generatis ¶ Item idem li. xij. q̄dā hirci habent notabilem magnitudinē in auriculis sicut q̄dā arietes in caudis suis. nam quidam habent in latitudine pl⁹ q̄ȝ latitudinē palme. et hn̄t ꝓ/lixam barbā et caudam extenuatā in longitudine vsq̄ȝ ad terrā et habēt cornua multa et forcia atq̄ȝ grossa et sunt hispidi et duri odoris et fetidi pinguedinis multe. pcipue interius circa renes et tunc de facili moriunt̄ nisi in pinguedine attenuent̄. et quanto sūt pinguedinis maioris tāto sūt minoris seminis et paucioris generacionis vt dicit ideȝ li. viij. et non coeunt nisi raro et ꝓpter hoc interficiunt eos pastores sapientes aū coitum vt eos macrificent siue seruent ad vitam. et si apparent macri exteri⁹ quādoq̄ȝ interius sunt valde pingues ¶ Et accidit eis sepe mōstruositas vt dicit ysid. li. xviij. vnde aliquando visus est hircus habens cornua in cruribus quod valde erat monstruosum ¶ Carnes autem hircine inter omnes carnes pecorinas sunt deteriores. duriores et indigestibiliores vt dicit ysaac in dietis. et maxime quando hircus est decrepitus. cutis autem decrepiti est melior et forcior sed odor est grauior et caro peior ¶ Cum auteȝ castratus fuerit caro eius hūidior et tenerior et min⁹ dura ad digerēdū

et minus mala ad edēdū Dicit aūt pli.li.viij.democritū dixisse hircū siue capzū nūq̄ꝫ sine febre esse. Sāguis aūt hirci cū ecera nutriti miro modo dissoluit calculū in renib⁹ et vesica vt dicit ysi.cornu ei⁹ exustū fugat ſpētes et sanat fistulas et cancros et alios morbos vlcerosos.polipū eciam corrodit et emendat Jecur hirciū valet ɔtra morsum rabidi canis.fel e⁹ visū clarificat.hircina vrina mixta cum felle eius leprosis confert et lentigines tollit. et cetera.

De hiena. ca.lix.

Hiena crudelis est bestia similis lupo in voracitate et in gula.et in mortuos seuit et eoꝝ cadauera de t̄ra extrahit et corrodit et iō hiena ab hiando est dicta quia p̄ auiditate vocib⁹ patul̄ inhiat ad p̄dā suam.natura eius est vt mutet sexū nunc enim masculus nunc femina inuenitur et ideo immundum animal est vt dic̄ ysi circuit domos de nocte et humanam ꝑut p̄t fingit vocem vt ita suspicet̄ esse homo De hiena dicit pli.li.viij.ca.xxxi.vtrūqꝫ est esse naturā qui et alterius anni marem alterius feminam eē dicunt.parit autem sine mare vt credit vulgus.sed aris.negat.vipe habet collum.et dorsum elephātis flecti non p̄t nisi totū corpus circumcingatur tradunt inter pastores stabula sermonem humanum fingere alicuius nomen adducere quez euocant foris laceret Nominacionem hominis solet fingere ad sollicitandum cāes quos inuadat.multas et innumerabiles habet colorum in oculis varietates et oculos valde mobiles.eiusqꝫ vmbra facit cāes obmutescere qđ contingit et omne animal quod ter lustrauit in eius vestigio figit gradū hec bestia coit cū leena ethiopica ⁊ generat animal quoddā crudelissimū voces hominum et pecorum imitans.plures dencium acies vel ordines in vtraqꝫ p̄te oris habens hienas plurimas affrica gignit sicut et onagros et fibros et multa alia monstruosa vt dicit pli. Item ibidez hec bestia gignit lapidem qui hiena dicit̄ quem qui portauerit sub lingua facit fut̄a predicare et diuinare vt dicit solinus Item dicit pli.li.xxviij. hiena odit pantheram et si pelles vtriusqꝫ bestie suspendantur dicūtur decidꝫ pilos panthere Cum fugit hiena venantem declinat ad dextram vt pregressi hominis vestigia occupet quod si non successerit dicunt mentem alienari vel ex equo hominem decidere aut si in hienā torserit de facili capitur bestia vt magi tradunt. Item vt dicit idem.fel eius est valde medicinale .valet maxime contra caliginem oculorum.que in multis eciaz maleficijs corde et iecore hiene vtuntur magi vt dicitur ibidem Aris.vero dicit libro septimo.ꝙ quantitas hiene est sicut quantitas lupi et in eius collo sunt pili sicut in collo equi et habet pilos super omnia spondilia et deludit homines et predatur eos et capit canes et deuorat ita libēter sicut

homines

homines et cauat sepulturas vt comedat carnes mortuorum

¶ De hericio. ca.lx.

Hericius animal spinosū spinis hispidis et asperis cooptū. cori um eñi hȝ vndiqȝ aculeis circūseptū. ita ꝙ se claudit qb⁹ vndi qȝ se ꝓtegit et defendit Nam statim vt aliqͣ ꝑsenserit post se surgit atqȝ in globū conuersus in sua se arma contra insidias recolligit. huius quidem ꝓuidencia est. ascendit eñi in vitem siue in aliā po miferam arborem vt vuas excucinat. poma deijcit et cū poma in terrā de ciderint inuoluit se super fructus vt spinis infigantur et sic portat escam filijs suis vt dicit ysi. li. xi. vñ et ab hispiditate et rigore spinaꝝ herici⁹ vel herinacius est vocat⁹. hȝ eniȝ vt dicit aris. spinas loco piloꝝ et cooperiūt sicut pili et sunt sibi arma. qꝛ pungit et ledit se capientē vel tangentē. Itē aris. li. iij. hericij alij sunt siluatici et alij terreni et alij sunt aq̄tici et faciunt oua multa q̄ non comedunt. et sunt hericij paꝝ habentes de carne et h est eis ꝓpriū. hȝ hericius caput et os inferius et tñ exitus supfluitatis su perius qm̄ pascunt a pte inferiori. et ꝓpter hoc hȝ orificiū in alia pte. sup fluitas vero est in dorso superius. et habet hericius quinqȝ dentes pitur cos vel pitracos. et inter illos habet ptes carnosas loco lingue et habȝ ventrem diuisū in q̄nqȝ plenas supfluitates. vnde eciam est genus hericij albe teste. eciam spinaꝝ albarū et est multoꝝ ouoꝝ Item hericius est de bilis auditus magis q̄ȝ animalia dure teste et ambulācia super q̄tuor pe des Iteȝ li. v. hericij agrestes coeunt stantes dorso applicato qꝛ in illa p te vbi eijciuntur supflua se contingunt Item li. viij. et multociens apparet sensus in hericijs contra ventos septentrionales ⁊ meridionales qm̄ faci unt foramen in t̄ra ad quod fugiunt qñ presenciunt tales vētos imminē vnde quidam fuit in constantinopoli qui habuit hericium per quem cog nouit et predixit ventos futuros. et non intellexit aliquis vnde talem no ticiam habuisset Item dicit idem li. xlij. ꝙ tot habet ventres quot dētes et in illis ventribus generantur oua quinqȝ. et quidam hericij sunt alijs meliores et oua quorundam maiora. et quedam sunt minora quoniam quedam melius decoquuntur et digeruntur q̄ȝ alia. Item libro decimo nono. hericij habent modicum corpus et multas spinas maiores corpo re et causa magnitudinis spinarum et puitatis corporum est. quoniam nutrimentum corporis transit in eas propter caloris paucitatem et quia cibus non digeritur bene vnde generatur in corporibus eorum multa su perfluitas et illa supfluitas transit in nutrimentum spinaꝝ hucusqȝ aris.

¶ De herinacio. ca. lxi.

Herinacius idem est qd̄ cirogrillus animal paruū et spinosum habitans in cauernis simile hericio sed dicitur esse maius. de

quo pli.li.viij. ca.xxxviij. herinacij inquit more hericij se volutant super poma que spinis infixa deferunt in arbor cauitates et preter illa que gestat in dorso vnum semper gestat in ore. quando venatur in modum pile se voluit ne quis possit propter aculeos comprehendi. quando autem posse euadere se desperat herinacius vrinam ex se mittit tabificam et venenosam et illa vrina primo nocet sibi si eius dorsum vel spina inde aliqualiter aspergatur. nam tali fluxu dorsum suum leditur et euelluntur spinule dorsi sui et ideo ignorat quod iam facilius capiatur vnde alios ledere proponebat et ideo ars est quod tunc veretur talis bestiola. quamquam vrina talis bestie penitus inanimata quia tunc fracto dorso et laxatis spinis ipsi minime valet fuga. Et ideo quia odore suo naturaliter percipit tanta in vrina sua latescere venena. semper vrine sue parcit ne eius virulenciam a se moueat aut diffundat quousque captiuitatis necessitas vltimo hunc compellat Hec bestiola quamuis paruula tanta se constringit fortitudine quando timet quod vix saluo cortice poterit apiri. in aquam igitur calida ponitur. qua aspersa quasi subito apitur et tunc ligatis pedibus posterioribus suspenditur et sic suspensa fame tandem interficitur. nec aliter bono modo interficitur vt eius pellicula aculeata portetur Et quamuis illius animalis corpusculum humanis vsibus non multum sit necessarium tamen eius pellicula tam spinata ita mortalibus est necessaria quod si non essent aculei frustra vellerum mollicies in pecudibus mortalibus esset data. cute enim hericina vestes poliuntur Hoc autem dicitur habere proprium herinacius quod postquam pomis et racemis ceteris est oneratus si caderit pomum de suis spinis casu aliquo pre indignacione omnia de dorso excutit et vt se iterum oneret reuerti ad arborem consueuit.

De iuuenca. ca.lxij.

Iuuenca vel iuuencus est iuuenis vacca que ad terram excolendam iugo subici est apta vt dicit ysi. vel ideo sic dicitur quia antiquitus ioui iuuencus immolabatur et non taurus vt dicit idem animal est petulum et lasciuum propter iuuentutem et ideo fortiori iugo premitur vt dometur. stimulo eciam pungitur vt rectius sequi boum vestigia coartetur. Iuuenca taurorum copule solet esse apta quia in tali etate eis coniungitur vt pregnetur Impinguatur in pascuis vt pro variis hominum vsibus ducta ad macellum a carnifice immoletur seu mactetur carnes licciores et solidiores habet quam vituli lactantes propter remocionem a lacte sed teneriores calidiores et humidiores quam habent boues decrepiti siue vacce quia lactanti etati magis sunt vicine vt dicitur in dietis.

De leone. ca.lxiij.

Leon grece. rex latine. eo quod rex sit et princeps omnium bestiarum vt dicit ysido. libro. duodecimo. Leonum autem quidam sunt breues.

breues et iuba crispa et hij sunt imbelles. quoꝝ vero sūt longi et coma sim
plici. et hij sunt acriores. animos eoꝝ frons et cauda indicat. virt⁹ eoꝝ
in pectore firmitas eoꝝ in capite. septi a venatorib⁹ terrā cōtuent̄ vt min⁹
circūspectis venatorib⁹ terreant̄. rotaꝝ timent strepitus ꝙ ignes magis.
cū dormierint vigilant oculi eoꝝ. et cū ambulant cooperiunt vestigia sua
ne eos venator possit inuenire Cū genuerit catulū trib⁹ dieb⁹ et tb⁹ noc
tib⁹ dormire credit̄ tunc demū patris fremitu vel rugitu velut tremiscēs
cubilis locus suscitare d̄r catulū dormientē Circa hōiem natura leonū ē
vt nisi lesi irasci nequeant Patet etiā eoꝝ misericordia assiduis exemplis
nā ꝓstratis pcūt. captiuos obuios repatriare ꝑmittūt hōiēꝫ nisi in mag
na fame nec comedunt nec interimunt. hucusqꝫ ysi. li. xij. De leone aūt dic
pli. li. viij. ca. xvij. leo in sūma generositate est qn̄ iubis colla et hūeri vesti
unt̄. quos pardi gignunt semꝑ carent hoc insigni. coitū aūt pardi cū lee
na odore ꝯgnoscit leo. et totus in adultere surgit penā ꝙ si in flumine ab
luitur tegit̄ eius culpa et a mare nō ꝑcipit̄ In piendo vnguibus filioꝝ la
niat̄ virtus pientis et ideo non sepe pit Aris. aūt vt dicit pli. dixit leenā ꝑ
mo qnqꝫ catulos parere. deinde ꝑ q̄tuor. et sic ꝑ ānos singulos ad min⁹
vno sterilescere. paritqꝫ informes catulos et puos. magnitudine mustela
rū in ꝑncipio. dicit etiā catulos sex mensiū vix posse nasci et duoꝝ mensiū
vix moueri. Urinam eijcit leo leuato crure more canis et vrina eiecta val
de fetet. quādo semel saciatur duob⁹ diebus vel trib⁹ cibo caret. et si in sa
cietate fugiēdū est cibos ad fauces reijcit. et cū vnguib⁹ eos extrahit vt
sic sit leuior ad fugiendum. diutissime viuit quod cognoscitur per dencium
consumpcōm. et tunc in senecta hominem impetit. qꝛ ad ꝑsequendas bes
tias vel beluas virtus iaꝫ deficit et tunc obsidet ciuitates vt homines ra
piat. sed quando capiuntur tunc suspenduntur vt metu similis pene ceteri
terreant̄ in viros seuit contra feminas tantū fremit. infātes raro inuadit
nisi in magna fame Animi leonum index cauda est sicut equoꝝ aures Nā
quando irati sunt animi. ꝑmo terram cauda verberant deinde crescente
iracundia tergum percutit et flagellat Ex omni vulnere illato a leone siue
impresso vngue siue dente ꝓfluit acer sanguis vt dicit ysi. Item in pericu
lis maxime apparet generosus. vñ qn̄ ꝑsequitur a cāibus aut venatorib⁹
non latitat nec se occultat sed sedet in campis ibiqꝫ vbi videri pt ad defē
sionem se parat vbi virgultum siluasqꝫ penetrauerit acerrimo fert̄ cursu
velut reputans trepitudinem absconsionem. non enim se abscondit eo ꝙ
timeat. sed solum ne timeatur aliquociens se occultat. Dum alienam inse
q̄tur saltu insilit quo non vtitur quando fugit. quando vulneratur mira
obseruacione nouit ꝑmo se tangentem et in quantalibet multitudine pri
mum impetit percussorem. et cum quis telum miserit et eum non tetigerit

correctū rotatum sternit. sed neq̄q̄ʒ ip̄m vulnerat neqʒ ledit. qñ morit̃ hu
mū mordet lacrimāqʒ fundit. quando egrotat sāguine simee medet̃. cristā
galli et cantum valde timet Animal est gratum ɔgnoscens et diligēs sibi
benefaciētem vt patet in exemplis q̄ ibi pōit pli. Hucusqʒ pli. li. viij. c. xvij
De leone āt dicit aris. li. ij. similiter auic. Leo hʒ collū q̄si immobilē multū
rigidū et interiora habet ad modum canis et semꝑ ꝑmo mouet dextrum
pedem et post sinistrum sicut et camelus et paꝝ habet de medulla in ossi-
b9 et ei9 ossa ita sunt dura vt ex eoꝝ collisione exit ignis Item li. xvi. leo hʒ
mltas fissuras in pedibus. et iō generat filios cecos sicut canis vel lup9
nam serratos habet dentes et ideo filios generat impfectos sicut dic̃ idē
et eciā solin9. q̄ dicit leonem timere quando videt vel audit catulū verbe
rari cuius filij nascuntur ceci sicut et ōniū animaliū habentiū dentes diui
sos. ꝓpter ingluuiē nascuntur filij impfecti In altissimis montib9 occltat
et inde ɔtemplatus predam suam quam cum viderit alte rugit. ad cuius
vocem terrentur animalia et subito figunt gradum circa que cū cauda in
orbem lineam ducit. et illius nature circulū transire quodlibet animal pti
mescit et stant animalia stupida quasi edictum exspectācia regis sui Trā
siens ꝑ loca asperiora vngues intra pedem contrahit et recondit Nam
illis vtitur pro mucrone et ideo infra carnositatē ipsos abscondit et eis
parcit ne ledantur vel hebetētur. predam suam quā arripit solus comedē
erubescit. et ideo sepe ip̄m a remotis sequentibus alijs bestijs de ipsa libe
ralitatis gracia derelinquit vt dicit idem tante autem est caliditatis ꝙ
febres semꝑ quartanas patit̃ et hunc morbum nō naturaliter sustinet vt
eius feritas edometur. cuius aūt caro cū excedat in caloē ad esū est noci
ua vt dicit dias. et pli. li. xxviij. valet eciā in medicina multipliciter cui9 ad-
eps venis est contrarius quo q̄cūqʒ punct9 fuerit alioꝝ animaliū vel rep
tiliū morsus illo tempore non timebit. eius eciam adeps mixtus cū oleo
rosacio cutem faciei custodit a vicijs candoremqʒ seruat et sanat adusta.
oculoꝝ sedat tumores. fel eius aq̄ addita oculoꝝ acuit claritatem. valet
eciam contra conuiciales morbos et caducos. cor eius in cibo sumptus
soluit quartanam febrem hucusqʒ pli. li. xxviij. ca. viij. venatur aūt leo sic
dupliciter fit fouea vna ɔtinue iuxta aliam. in secundaria fouea ponitur
vna cauea siue cista que de facili claudit̃ quando tangitur. ponitur autē
agnus vel ouis in fouea ꝑma in quam salit leo quando esurit ꝓ ouicula
rapienda cupidus. videns aūt se non posse de fouea erumpere erubescēs
se deceptum foueam volens intrare secundam vt ibi lateat incidit in cistu
lam siue caueam ibidē preparatam que post eius introitum subito se clau
dit et ip̄m vlterius non permittit exire. sed in cauea extra foueā extrahit̃
et in.

et in illa tenet captus et catenatus donec edometur. et hoc tangit Jero. super eze. xix. c. super locum istum miserunt eum in caueam. &c.

¶ De leena. ca. lxiiij.

Leena leonis dicitur femina que bestia est multum libidinosa. semper enim gestit in coitu. et ideo leone crudelior est. et maxime quando habet fetum. pro filijs morti se exponit. et pro ipsorum defensione venatorum iacula nō timescit. plures parit filios in primo partu quam in sequentibus. nam propter acumen vnguium filiorum leditur matrix et sic annuatim sterilescit vt dicit aris. et pli. qui dicit sic vt ait ysi. li. xij. animalia cum acutis vnguibus frequenter parere non possunt. viciantur enim matrices intrinsecus mouentibus catulis. et ideo non pōt leena exspectare cum partu vsque ad filiorum perfectam complecionem sed pocius dimittit partum dolore cogente et effundit antequam filij compleantur pre feruore libidinis pardis se omiscet. Sed post coitum leonem timet. nam turpem commixturam sentit leo per odorem nisi prius post adulterium in flumine abluatur vt dicit plinius. et quando ipsam deprehendit ream statim punit. Et ideo ipsa statim fugit et nisi fuerit prius abluta non reuertetur ad maritum. Est autem parua bestia vel bestiola quam miro modo timent leo et leena que vocatur leonzeufones. nam quoddam portat venenum quod leonem interficit et leenam. vnde capta bestiola exuritur eiusque cinere asperse carnes et posite per competa semitarum leones necant vt dicit ysidorus. libro. duodecimo. secundum autem auicen. libro septimo. ca. primo. dicitur Leo est animal cibi auidum et gulosum. et ideo sine masticacione deuorat cibum suum. et propter hoc euomit comestum et iterato comedit scilicet et reiecta et comedit multum ita quod de cibo fit ponderosus et postea stat ieiunus per duas dies et duas noctes et non eijcit stercus a se nisi semel in duobus diebus atque tribus. et est siccum sine humido et est valde fetens. similiter et vrina sua et quando scinditur venter eius exit malus odor et anhelitum habet fetidum et infectiuum ac morsum mortiferum et venenosum et maxime quando est rabiosus. Fit autem rabiosus sicut canis vt dicit aristotiles et auicenna. et est crudele quando irascitur et furibundum pre indignacione verberans semetipsum. Fremit pre ira et frendit dentibus maxime quando esurit. et animalibus transeuntibus vt ea rapiat insidians in specubus et antris abditis se abscondit. ac super transeuntes bestias ex improuiso insilit et eas dente et vngue crudeliter dilaniat et eciam occidit. carnem ossa et pellem comminuit et confringit ac confracta frustatim deuorat et strangulat. et ¶ si viderit

si viderit quempiam venire contra se vt predam eruat quaz rapuit pdā amplexatur et frendit et terram cauda percutit et si appropinquauerit in ipsum insilit quo deuicto iterum ad predam redit. sanguinez animalis oc cisi ab eo primo bibit et lambit deinde residuum discerpens membratim diuidit deuorat et deglutit.

¶ De leopardo. c. lxv.

Leopdus ē bestia seuissima de leonis et pdi adulterio genera ta vt dicit ysi. li. xij. Naz vt dicit pli. Leone cū pda aut pdo cū leena ocubente ex tali coitu degeneres pdi pcreāt sicut ex eq̄ et asina vel ex asino et eq̄ gignitur mulus siue burdo vt dic̄ ysi Est āt animal valde pceps et sitit sanguinē Est et femina maior et crude lior q̄ʒ sit masculus vt dicit aris. Colorem hʒ variuz sicut pardus. saliēdo non currendo insequitur pdā. et si in tcio saltu pdā non rapit vel in q̄rto p indignacōe sistit et q̄si vict⁹ retrocedit. corp⁹ cū cauda et pedibus leoni assimilatur. sed in capite formā pdi imitatur. leena āt corpe ē minor et leo ni masculo mirabiliter est exosus. vnde timens leonem facit foueā subtra neā duplex orificium habētem. vnū per quod intrat et aliud p quod exit est autez fouea illa in vtroqʒ orificio valde ampla ꝛ in medio magis stric ta. veniente itaqʒ leone in foueam se mergit quem persequens leo foueā cuz impetu subintrat vbi triumphare putat de leopardo. sed propt̄ mag nitudinem corporis per medium fouee vbi strictior est libere transire ne quit quem sciens leopardus ita in strictura impeditum illam foueā egre ditur et tunc in parte opposita foueam intrans leonem a tergo morsibus et vnguibus aggreditur et sic sepe arte non viribus de leone obtinet vic toriam leopardus. et sic degener bestia de forciori sepe per astuciam in ā tro victoriam obtinet quem per potenciam in publico inuadere non au det sicut narrat homerus libro de pugnis et astucijs bestiarum Aristot. libro octauo. dicit de bestia que dicitur ferculeo quando comedit ali quod venenosum et tunc querit stercus hominis et comedit ipsum. et iō venatores fimum illum in vase aliquo suspendunt super arborem et cum venit leopardus ad arborem saltat vt accipiat stercus et interim ipsum interficiunt venatores. idem facit panthera et pardus vt dicitur ibidez de leopdo eciam pli. dicit Leopardus quando egrotat sanguinez capre agrestis bibit et sic inde languores euadit.

¶ De lepore. ca. lxvi.

Lep⁹ dr̄ q̄si leuipesq; velocit̄ currit. vn̄ et grece lagos p velo citate cursus dicitur Itē dic̄ ysi. li. xi. Omne animal velox est ti midum et imbelle vt dicit idem. nulluz habens armoꝝ genus nisi membroꝝ leuitatem. debilis est visus sicut et cetera aīalia

que non claudunt palpebras in dormitando. melioris aūt est audit' q̃ȝ visus potissime qñ aures eius sunt erecte cuius aures sunt longe valde et flexibiles quod fuit necessariū ꝑpter oculoꝝ apturā nā auribus oculos defendit aptos qꝛ nullo coopculo sunt muniti ab infestacōe cinifū et muscarū.nā ɔtra ōne nociuū dedit natura remediū creature vt dicit auic. et iō data est mēbroꝝ leuitas et cursus agilitas ɔtra canes et alias bestias ipm insequentes.data est etiā auriū ꝓceritas contra muscas et cinifes importune ei' oculos debiles infestantes vt dicit idem.data est sub pedib' multa piloꝝ villositas vt pili pedis carnositatē currendo a lesione defendant et propter sui leuitatem pedes in cursu nullaten' impedirent.et ideo dicit aris.li.iij. ꝙ pedes leporis sunt subtus pilosi qđ in alijs animalib' rarius inuenitur.crura eius posteriora sunt anterioribus longiora qđ fuit necessariū ad facile corpus eius eleuandū in cursu quando fugeret ɔtra montem.vnde difficilius capitur ɔtra montē q̃ȝ ɔtra vallē et hoc accidit ꝑpter anteriorem cruriū breuitatē Nā propter depssionem anterioris ꝑtis corpis contra vallem de facili cadit nec p̄t equaliter ɔtinuare cursum suū.et ideo vt fugiendo videt casū cū descendit obliq̄ mōtis latera circuit et ꝓut p̄t contra montis altitudinem crura anteriora erigit et sepius cāib' inseqūtib' sic illudēs euadit De leporib' āt dic' pli li.viij.ca.lv.lepoꝝ inq̄t plura sunt genera.nam in alpibus sunt q̄dā.et in siluis habitāt q̄dā q̄ntitatis maioris.grossioris pili.et velocioris cursus q̃ȝ q̄ cuniculi dicūt Nam cuniculi lepores sunt ꝑui et imbelles qui vnguib' terram ɔcauant et foueas subterraneas q̄s inhabitant sibi formant et sunt fecūditatis nimie.et sunt tot in quibusdam siluis hispanie ꝙ aliquando pre coꝝ multitudine deuastant messem et prouincie inducunt famem.quoꝝ fetus in balearitis insulis ita sunt accepti.et eciā ipsi fetus sine matribus.vix purgatis visceribus.in esum ab incolis patrie assumuntur Et sequitur ibidē archelaus auctor est quot sunt cauerne ad excrementa lepori totidem ānorum sunt etatis Totidem enim sūt illius partis corporis foramina quot annorum curricula habuisse perhibentur.et ideo dicūtur gignere sine mare et habere vtrumq̧ sexum. et ideo multi putauerunt leporem gigni et gignere sine mare vt dicit idem Sunt autem lepores animalia ita fecūda ꝙ vno fetu nascente statim nouo fetu altero vterus grauidatur.vnde vtile est animal quo ad esum et eciam ad vestitum.et quo ad multiplicē medicinam . Nam eius coagulum valet contra venenum.restringit ventris fluxum . sanguis eius mitigat dolorem oculorum vt dicit plinius et dias. nec inuenitur coagulum in aliquo animali habente in vtraq̧ mandibula dentes nisi in lepore vt dicit aris. et quanto eius coagulum est vetustius tanto melius vt dicit plinius.

De lince et eius proprietatibus. ca. lxvij.

L Inx lincis est dict' qr in luporum genere et numero numerat. Est
aũt bestia similis lupo. dorsũ hñs maculis distinctũ sicut pdus
vrina ei' ouertit in gẽmã pciosã q̃ liguri' appellat et h presen
tit linx siue linchis. et h inuidens ac dolens q trãsire debeat
in humanũ vsũ vrinam egestam abscondit sub hũo h ibi cici' in lapidẽ so
lidat vt dicit pli. li. viij. ca. xxxix. et ysid. xij.

De limace. ca. lxviij.

L Imax est vermis limi sic dict'. eo q in limo nascat vel ex limo.
et ideo semp sordid' et immũd' habet vt dicit ysi. li. xij. et ẽ ver
mis valde tardi mot'. in dorso sp gerẽs ochã durã infra quã
se includit. et ẽ vermis cornut' hñs cm̃ additamenta añ os cũ
qb' viã qrit. et qñ aliqd aduersi senserit statiz cornua retrahit infra testã
et infra domũ sese resũit In corrupto aere et ymbre maxime nascũt tles
vermes. q̃ serpunt qzuis lento passu ad arborum sũmitates earum germina
depascentes vbicũqz aũt serpit post se immundicie vestigiuz derelinquit

De lupo ca. lxix.

L Upus vt dicit ysi. q̃si leopos ẽ dict'. eo q ei q̃si leoni virt' sit in
pedib'. vñ qd pede psserit nõ viuit. rapax ãt ẽ bestia et cruoris
appetens q̃ rabie rapacitatis quẽcũqz inuenerit trucidat. de q̃
dicũt rustici vocẽ hõiez perdere si eũ lup' prior viderit. et iõ sbito
tacẽti dr lup' ẽ in fabula. certe si se puisũ senserit deponit audaciã feritat.
Lupi toto anno non ãpli' qz duodecim dieb' coeunt. famẽ diu portant.
et p' longa ieiunia multũ deuorant Lupos etiã ethiopia nutrit ceruice iu
batos et ita varios vt nullũ colorem eis deesse dicant. hucusqz ysi. Plin.
ãt li. viij. ca. xxiij. idem et dicit q lupi affricani sunt inertes et pui. q̃ vero
gignũt in frigidis regionib' corpe fiũt minores et magis aspi et feroces
Aris li ij dicit q in india est quidã lupus habens tres ordines dencium
superius et inferius habet pedem leonis et faciez hominis et caudã scor
pionis. et vox eius sit vox hominis. terribilis est sicut vox tube et est ve
lox sicut ceruus. et est valde seuus comedens homines Item aris. li. vi. lu
pi tempore coitus sunt seui et quando habent catulos sunt magis mali si
cut et femine canum Item li. vij. lupi serratos habent dentes comedunt
carnes et non comedunt herbas nisi quando infirmantur quia tunc co
medunt aliquam propter medicinam Nam quando lupus sentit se reple
tũ querit qndam herbam et comedit eã vt euomat qd comedit Itẽ li. vij
qñ fugiunt ferunt filios suos secum. et cũ exeunt de cauernis comedũt o
riganum et masticant vt acuant dentes suos Item idem de eodem. lup'
qñ comedit est valde mal' et qñ non hz famẽ quiescit multũ et est valde

audax et valde diligit lūdere et si pt rapere puer ludit cū eo et post occi dit cū et omedit. Et sicut dicit homerus lup⁹ est valde vigil et multū tiēt ignem et dicitur q̄ si lapidē ↄsiderabit p̄mū iactantem. et si ille lapis no cuerit ei si poterit ipm interficiet. si vero non noceat ei si deꝑhenderit ipm non multum ledet cū sed par q̄si irascendo deinde cum dimittit. Et lupi q̄nto sunt seniores tanto deteriores et nocent hominib⁹ qꝛ non possunt venari bestias ꝑpter etatē et qꝛ eorum culmi iam sunt debilitati. et viuūt m̄l to tempore et eius senectus apprehenditur in dentibus. qꝛ constringunt̄ in senectute. Item ibidem. sunt autem lupi duplicis modi. quidam enim sūt rotundi. et quidam quasi longi. et illi sunt asperioris pili et audacioris a/ nimi. et luporum interiora sunt valde debilia et de facili recipiunt corrupci onem q̄n vulnerantur. Residuum vero corpis eorum patitur multas ꝑcussi ones. et habent magnam fortitudinem in collo et in capite. et vulnera que accidunt ex morsu eorum sunt valde mala. q̄m exit ex eis virus. et curant̄ ista vulnera sicut morsus canis rabiosi vt dicit aris. Item idem li. xiij. os lupi maxime est aperture et maximum vigorem habet in orificio suo. et est animal valde vorax. Item de lupo dicit auic. li. vij sunt quidam lupi qui naturaliter habent appetitum comedere pisces et comedunt v.lia que de suis retibus eijciunt piscatores. et quando non inueniunt quid comedāt de piscatorum reliquijs. vadunt ad retia et dilaniunt ea. De lupis autem dicit phisiologus. virtus luporum in pectore et in vnguibus viget ac in ore. in posterioribus vero minime. collū retroflectere non valet in nullo mense nisi in maio quando fiunt tonitrua. cuius astucia est vt non capiat predam iuxta loca vbi nutrit fetus suos et tūc temporis venatur a remo tis. q̄n autem nocte prede grā pergit ad ouile ne canes eius senciant odo rem vadit contra ventum et si aliquo casu pes eius calcando super ali/ quid strepitum fecerit ipsum pedem castigat duro morsu. oculi eius lu cent de nocte vt lucerne et vt dicit solinus multum amoris excitatiuum in cauda portat quoniam dentibus euellit quando timet capi. lapides multum timet. vnde si quis duos lapides pariter colliserit lupus audaci am perdit. fugit si strepitus lapidum peruenerit ad aures eius. filios ge nerat cecos quos tenerrime diligit atq̄ nutrit. terram comedit quando multum esurit et aliquam predam non inuenit. vt capras volentes folia carpere in rubetis facilius rapiat sub herbis et folijs latitans se abscon dit plus astucia q̄ potencia oues decipit. sed quando preualet si permit titur totum gregem strangulat et occidit partem prede quam deuorare non potest in terra sepelit et abscondit et quando esurit partem se/ pultam extrahit et eciam effodit. et lanam ouis quando occidit.

occidit inficit. et morsus eius ex lana tali vestem factã pediculosaz reddit vt dicit ysi. Item idẽ dicit aris. Ex tota specie natura lupoꝝ nature oviũ adversať. vñ legi in li. ꝙ cordula fcã de intestinis lupi adiuncta cordis cithare factis de itestinis ouis eas destruit et corrumpit sicut pluma aquile adiuncta plume columbe eas excoriat et corrodit si diu pariter in loco aliquo dimittantur vt dicit idem. vide supra de aquila.

De mulo. ca. lxx.

Mulus a molendo est dict⁹ eo ꝙ iugo pistoꝝ subactus ducat in giro molas vt dicit ysi. li. xij. Afferunt aũt iudei ꝙ ana abnepos esau greges equaꝝ ab asinis ꝑmo fecerit ascendi vt inde contra naturã muloꝝ progenies nasceretur vt dicit idez. et iõ seqñs mul⁹ matris naturã asino ẽ maior. pulchrior et velocior. ẞ eq̃ ẽ pigrior deformior atqꝫ minor. Unde nascitur ex equa et asino mul⁹. ex eq̃ vero et asina burdo ꝓcreať. et est mulus animal sterile et tñ eximiũ ad labores vt dicit pli. li. viij. ca. xliiij. Nunqꝫ aũt hec animalia scꝫ asin⁹ et equa mutuo appetunt coniugia nisi eciã in infancia lacte mutuo nutrianť. et iõ pastores pullos equoꝝ subiciunt asinabus qñ volunt tales creaturas ex disparib⁹ ꝓcreari vt dicit idem Item idem mule calcitratus potu vini inhibeť. Ex onagris autem et equabus nascuntur veloces mule pedes hñtes duros et aptos ad cursũ. sunt aũt rugosi corpe et indomito aio ẞ generoso. q̃ aũt sunt geniti ex onagro et asina oẽs ꝑcellunt. De mulo eciam dicit aris. li. vij. quanto mulus plus potat de aqua tanto plus ꝓficit eius cibus Item li. xiiij. mulus non habet fel manifeste super epar Item idez li. xvi. mulus qr nascitur ex equa et asino non convenit generacioni. q̃niã natura vtriusqꝫ asini et eque est frigida. vnde frigiditas generãtis dñať generato et ideo mulus est sterilis nec eius spermate aliq̃d generať ꝓꝑ excessum frigiditatis in ipso dominantis. Item ibidem et accidit ꝙ corpora mularum sunt magna quoniã superfluitas menstruosa transit in creacionem et cibum corporis Sanguis autem quo natura non indiget exit cum superfluitate vesice id est cum vrina et propter hoc non olfaciunt muli vrinas mulaꝝ sicut alie bestie habentes soleas. residuum vero sup/fluitatis transit in crementũ corpis et in eius magnitudinem Non impgnať ergo mula nisi forte valde raro. mul⁹ autem qr racione sexus calidior est in aliquib⁹ tpib⁹ et regionibus forsan generat. sed generatum erit extraneũ et occasionatũ sicut quod generatur ex eq̃ et asina. et dignũ oẽ tale eẽ sterile qr generatur ꝯtra naturã. hucusqꝫ aris. li. xvi. ẞm ysa. in diet carnes muli sunt peiores q̃ꝫ carnes asini et ad nutriendũ et ad digerẽdũ cui⁹ fim⁹ tritus et obust⁹ restringit sanguinez si cũ aceto fuerit tpatus vt dicit idem. valet eciam idem fimus contra ictus scorpionum.

de mure.

¶ De mure.

MUs ſcḋm yſid. eſt animal puſillū ab humo dictū eo q ab humore terre naſcat. naȝ mus terra dicit. vnde ⁊ hum⁹. Huius in plenilunio iecur creſcit ſicut et quedā marina tūc augent que rurſus decreſcente luna diminuūtur. dicunt aūt mures ſorices eo q ad modū ſerre rodant et pſcindāt Hucuſqȝ yſid. li. xij. mus aūt ſcḋm ariſ. li. vij. non potat et ſi potauerit morietur. Animal quidē eſt guloſū. et ideo cū modica eſca decipit qn̄do odore ad eius guſtū puocatur. eius vrina fetida eſt ⁊ ɔtagioſa et morſus venenoſus. cauda etiā eius dicit venenoſa De muribus eciā dicit pli. li. xviij. c. xxviij. Sūt quidā mures potātes qui ɔgregant pabulū in foueis ſuis et eciā in hyeme abſcondūt ⁊ latitant in cauernis quorum palatū in guſtu ſagaciſſimū eſt ſiľr nares ſagaciſſimos in olfactu in autūpno maſculus et femina ſpicas cōgregāt et mutuo ſe onerāt ſup ventreȝ per caudā maſcul⁹ feminā ſic onuſtā ad ſpecū trahit. qua exoneata et faſciculo in cauerna collocato iterum redeūt ad laborē et ɔgregato faſciculo maſculus ſup dorſū ſe ponit quā femina vice verſa onerat et caudā eius ore cōprehendēs maſculū ptrahit ad cauernā et ſic onera deferūt altēatis vicibus Itē vt dicit idē muriū diuerſe ſūt ſpecies Nā quidā muriū viuunt in domib⁹ quidā in cāpeſtribus in aquarum et fluuiorū extremitatib⁹ cōmorant. quidā annū in dormiēdo dimidiant qr p dimidiū ānū dormiunt et per dimidiū vigilant vt glires qui ſunt ſcḋm pliniū quidā mures Et quāuis mures ſūt beſtie nocibiles in plurib⁹ tamē vtiles ſunt in medicina. nā vt dicit pli. li. xxix. muriū cinis cū melle et oleo aurib⁹ inſtillatus earuȝ ſedat dolorē. et ſi qḋ animal aures ſubintrauerit precipuū remediū eſt fel muriū cū aceto tepido tēpatū auribus inſtillare. Fimus eius ſcḋm diaſ. cū aceto tritus mundat allopicias et cuſtodit caput a caſu capillorum. tritus eciā et cū vino in potu ſumptus miro modo vētrē ſoluit. pellis eius recēs calcaneo ſubducta eius vulnera ad ſanitatē perducit

¶ De muſtela.

MUſtela quaſi mus longa eſt dicta vt dicit yſid. li. xij. Nam telon grece longū latine ihec ingenio eſt ſubdola. in domib⁹ eni nutrit catulos eos tranſfert de loco ad locū ſedeȝ mutat ne eius nidus ab aliquo dephendat. pſequit ſerpētes et fugat mures odit et eos manducat. Et ſūt duo genera muſtelarū Aliud eni eſt ſilueſtre diſtās ab alijs magnitudine quā greci locidas vocant Alterū in domib⁹ errans Falſa aūt eſt illorum opinio qui dicūt eaȝ ore cōcipere et aure ptū effundere hucvſqȝ yſid. li. xij. paſſeribus et alijs paruis auibus inſidiat ⁊ eorū oua trāſglutit. filios ſuos caſu aliquo in latibulo leſos vel mortuos quadaȝ herba ſanat. imo vt dicit ſuſcitat vt dicit pli. Rutam ɔmedit et eius ſucco ſe perlinit et tūc baſiliſcū inuadit intrepida et occidit vt dic pli. li. viij. c. xxij.

vbi dicit

vbi dicit᷑ mustelarū virtus basiliscis exicio est nihil eni deo nature placu/
it esse sine pari. cauernā basilisci facile ↄgnoscit. quā subintrās ipsū interi/
mit animal autē multū dormiēs et per somp nū inpinguat᷑ sicut glires vt
dicit idē Item idē li. xxix. c. i mustelarū inq̇t duo sunt genera scꝫ domesti/
ca et siluestria et vtriusqꝫ fel valet cōtra aspides. nā earū pudenda mltū
fetent et serpētibus fetidis ↄtrariant᷑ earū eciā carnes dicim⁹ valere con
tra venenū Mustela ↄbusta in cinerē redacta adhibet᷑ salubriter medicine
que est ↄueniēs contra letargicā passionē Unde si ex veneno aspidis ali
quis incurrit letargicā cinis mustele inundantis aque distemperat⁹ vim
sompniferā dissoluit vt dicit idem. dicit᷑ eciaꝫ ibidē puluis valere contra
fistulam. nihil enim illa rerꝫ oim mr̄. s. natura sine ingentib⁹ causis genuit
vt dicit ibidē. Dicit āt arist. li. viij. ꝙ mustela pugnat cōtra serpētes et. qꝛ
vterqꝫ mures comedit. Et est aial velocis motus ⁊ fluxibilis corporis ac
valde mobilis ⁊ instabilis. odore sagax. dorsū habens rubeū ⁊ ventrem
albū. Mutat aūt colorē. naꝫ in aliquibus regionib⁹ aliquo tp̄e anni tota
pellis eius candida preter caudam. morsus eius maliciosus et virulent⁹
et eius vrina est fetida ad modum vrine muris.

De migali

Migale est modicum aial ad moduꝫ mustele gulosum rapax ⁊ do
losum. nā cuꝫ dolo rapit quod postea ventri ↄmittit vt dicit gl.
sup leuiti. xi. mansuetū se fingit cū ei aliquis appropinquat ex ti/
more. sed statim mordet ⁊ venenuꝫ infundit. Dicit᷑ ibidē de migale dicit
arist. ꝙ equos et mulos infestat. et eque pregnanti maxime insidiatur. pu
gnat contra serpentes et tunc se armat ruta vt dicit idem

De murilego

Murelegus idem est quod musio siue cattus. sic dictus eo ꝙ muri
bus sit infestus. Hunc vulgus cattum a raptura vocat Uel ido
sic dicit᷑ ꝙ catat id est videt. naꝫ ita peracute videt vt fulgore lu
minis noctis tenebras superet. Unde a greco venit catus id est ingenio
sus vt dicit Isi. li. xij. Est aial non determinati pili ⁊ coloris. nūc est albū
nūc nigrū nunc flauum nunc variū nunc etiaꝫ maculosū. in pedibus ⁊ in
facie et in auribus leopardo simillimū. orificiū habens magnū. dētes ha
bens serratos et acutos et linguā longā ⁊ flexibilē tenuē et subtilem cuꝫ
qua bibendo lambit sicut ⁊ alia aialia que habent labiū inferius superio
ri labro inequale. Talia enim animalia propter labiorum inequalitateꝫ
potum non hauriunt sed lambunt vt dicit arist. et etiam pli. Est auteꝫ ani
mal in iuuentute valde lasciuum et agile ⁊ iocundū. impetum faciens ad
omne quod coram se mouetur. ludit cum calamo ante se protracto. In se
nectute autem est animal ponderosum et multum somnolentum. cautissi/
me insidiatur muribus et eos plus odore q̄ꝫ visu presentiēs inuadit i abs
condito

condito ac venat. capto mure cū eo ludit. sed finito ludo ab ipo deuorat tempore coitus quasi silvestris efficit et euagatur inter catos Amoris etiam tempore grauis pugna pro vxoribus ominatur et vnus ab alio morsibus et vnguibus grauissime lacerat. et tunc vox horrēda emittitur qn ad pugnam mutuam vnus ab alio prouocatur Bestia fit seuissima quando silvestris efficitur et in nemoribus omorat. Minores feras vt caniculos et lepores tunc venatur. quando cadit ab alto pedib' excipit et vix per casū aliquem leditur qn deorsum precipitatur. fimus quez egerit valde fetet. et ideo sub terra abscondit et pedibus occultatur. quando pulcram habet pellē quasi de ipsa glorians vagus efficitur. sed quando pellis ei exuritur tunc intra tecta commoratur. sepe enim pro pellis pulcritudine capitur a pellifice a quo decoriatur

De noctiluca

Noctiluca est modica bestiola multipes et alata. et ideo quādo qz inter volatilia computatur. In tenebris lucet vt candela et maxime circa posteriora. in luce autē plena deformis est et obscura. manus inficit tangentis. et q̄uis lateat in tenebris tamē lucifuga est. odit enim lucem et solūmodo de nocte ambulat et onige cōtrariatur que est lucipeta vt dicit arist. li. xij. c. de minutis volatilibus.

De onagro

Onager vt dicit ysi. asinus ferus interpretatur. Hos africa habet magnos et indomitos in desertis vagantes. singuli autez feminaꝝ gregibus presunt. nascentibus masculis celāt masculi et testiculos eoꝝ morsu detruncant. quod cauentes matres in locis secretis eos abscondunt. Et vt dicit plinius li. viij. Ex onagris et asinis domesticis velocissimi asini generant. Animal aūt est liberū indomitū et lasciuū. frequentare montes et nemora consuetū. et cuz sit animal ex se imbelle et innocuū solius fuge beneficio leonez superat in heremo atqz lupum. est animal valde patiens sitis diu expectans quousqz potū inueniat sibi aptū. De quo dicit phisiolog' xxv. die marcij xij. et totiens in nocte rugit per cui' rugitū equinoctiū apud afros discernitur. et dicit qd totiens sp rugit de die quot dies habet horas. similiter et de nocte. vnde et siluarij in montibus africe onagri in quibus abundant numerū rugit' eoꝝ numeꝝ horaꝝ dieꝝ et noctiū oputant et diuersificant. sagax et inuidus est in olfactu. vnde qn amore feruet et nescit vbi ei' femina euagatur rupem ascendit et patulis naribus ventū attrahit per cui' flatū vbi sit eius femina diiudicat et discernit. in montibus altis pascuosis herbas virentes quas multū diligit cū diligentia querere cōsueuit. quas cū inuenerit pre gaudio statim rudit. et vbi presenserit bestiā vel hominē ipsū venari cupientē q̄diu inuenit gramina virentia a pascuis nō recedit. hominū

frequentiā

frequentiam valde odit atq; fugit. solitudines et deserta multũ diligit.

¶ De onocentauro.

Onocentaurus ſm glo. ſuper Iſa. xi. eſt aĩal monſtruoſũ ex tauro et aſina procreatũ. Onos enim in greco dicit̃ aſinus latine. Unde eſt aĩal laſciuũ ad modũ aſini. ceruicoſũ ad modũ tauri. Alio modo ſentit phiſiologus qui dicit onocentaurum eſſe cõpoſitum ex humana effigie et aſinina. nam ab vmbilico et ſurſũ figuraʒ habet hominis. et ab eodem inferius formam obtinet animalis. Huic rationi videt̃ ↄcordare pliñ. li. viij. c. iij. Ludibria inquit mirabilia nobis fecit ingenioſa natura ad detegendũ aut ei⁹ potentiã ſatis in prodigioſas poſuiſſe gentes. Et poſuit in eodem caplo exepmlũ de multis monſtris ꝛ prodigioſis beſtijs quas india gignit ſicut de faunis et ſatiris ꝛ de onocentauris et de ypocentauris et hmõi. quas dicit eſſe beſtias humanaʒ effigiem mentientes. Et alij dicũt centauros fuiſſe equites theſſalon qui pro eo ꝙ in eis diſcurrebant quidã. vnũ corpus equoꝝ et hominũ iudicabant. vnde centauros fuiſſe ficcos aſſerunt vt dicit idem li. xi. vbi agit de portentis. Dicit̃ enim centaurus grece. homo latine. vnde centaurus dicit̃ homo et a centauro per additionem dr̃ onocentaurus. ſic dictus ẽ eo ꝙ in media hominis ſpecie ꝛ in media aſini dicat̃ eſſe. ſicut ypocentaurus dicit̃ monſtrũ in quo hominũ equoꝝ qʒ natura eſſe coniuncta putat̃ vt dicit yſi. ibidem

¶ De orice.

Orix vt dicit gl. ſuper li. i. Iſa. eſt animal immundũ nec ſacrificijs aptuʒ. Lxx. aũt interpretes tranſtulerut quaſi beta ſemico cta. ceteri interpretes omnes ſicut orix illaqueat⁹ tranſtulerũt qui hebraice dicit̃ tho. Et inter aĩalia immunda in lege reputatur. Eſt autẽ beſtia ſicut mus aq̃tic⁹ vel ſicut glires. q̃ ſũt mures q̃dã ſic dicti eo ꝙ ſomnus efficit eos pingues. hyeme vero tota dormiunt et immobiles quaſi mortui fiunt. in eſtate reuiuiſcũt. Unde orix eſt aĩal quod hmõi muribus aſſimilat̃. Et hoc videt̃ tangere lr̃a yſa. et ↄcordat cũ plinio. qui dixit ſic. Oricem vocat egyptus feram q̃ in ortu canicule. viij. kl̃. iunij quando incipit eſtas ſtat contra ſtellam et ↄtuetur contra eãm aci ſi vellet adorare eam. et hoc facit cum ſtertuerit id eſt cum poſt lõgam dormitionem euigilauerit. Et declinat̃ hic orix h⁹cis. ſm hoc dicit̃ ſorex cis. et onix nicis. ꝛ hmõi. Scd̃m iuuenalẽ vero orix eſt quedã auis pinguiſſima ita ꝙ ſua pinguedine hebetat cultellũ vt dicit idem lib. iij. vbi dicit iaculus orix hebetiſſima ferro. Et cũ tamen ſm quẽ locum dicunt expoſitores ꝙ eſt auis ſimilis galline africane vel ipſa gallina. Scd̃m britonẽ ãt dicit̃ orix gis. ſm illaʒ regulam greciſmi Nomen in. x. donat in cis vel in gis. vt fex fecis lex legis. genitiuũ. Quattuor exceptis nox nix ſenex qʒ ſupellex. Unde dicit̃ ꝙ orix eſt idem animal qd̃ in lege mundũʒ reputatur

ad eſum

ad esum. deut. xiiij. vbi dicit Comedetis origem et camelopardulum. im/
mundũ tñ reputabat quo ad sacrificiũ. Pli. autẽ li. viij. c. iij. de aialib' so/
mniferis dicit Capree inquit in plurimas similitudines transfigurantur
nam inter eas sunt ilices mirande prauitatis qꝛ supra cornua vasta ꝛ ma
gna quib' eaꝝ capita onerant saliendo de rupibus se excipiunt. Sunt et
origes quoꝝ villi ɔtra naturã alioꝝ aialium vertant versus caput. Sũt
et dame et pigrasti et multa alia aialia his similia que alpes transmittit
et sinus transmarini. Unde ẽm hoc orix origis ẽ species capre siluestris
et ẽm istam significationem vt puto nõ sumit in ysa. vbi loquit d aialib'
Et somno damnabili sopiunt qꝛ non bene ɔueniet metaphore. cũ omnis
caprea ẽm arist. sit animal valde vigil naturaliter. parũ eniꝫ dormit ꝛ de
facili excitat cũ sit aial valde timiduꝫ. Et sic ꝓ alio aiali supponit orix in
deut. et pro alio in similitudine ysa. sicut dicunt multi.

De oue.

Ovis est molle pecus laniferũ corpore inerme. animo placiduꝫ
ab oblatiõe dictũ eo ꝙ apd veteres in inicio nõ tauri. ꝫ oues
offerebantur in sacrificio vt dicit ysi. li. xij. Ex his quidaꝫ bidẽ
tes vocantur eo ꝙ inter octo dentes duos altiores habẽt. q̃s
gentiles in sacrificio maxime offerebant vt ibidem dicit ysi. Uel dicunt
bidentes ẽm senectutem quasi biennes id est duoꝝ annoꝝ qꝛ talis erant
etatis quando ad sacrificiũ eligebant Sed potius vocãtur a duob' dẽ/
tibus qui preminent et cũ quibus nasci dicuntur. hic bidẽs. genitiuo h'
bidẽtis dicitur vt dicit Beda. De ouib' dicit aristo. li. v. ꝙ pariant vsqꝫ
ad octo annos. Et li. vij. si impregnent oues versus ventũ septentrionalẽ
faciũt mares. et si in meridionali tũc femine nascentur. et quales vene fue
runt sub lingua ouis talis coloris erit fetus. Quere s. de agnis ꝛ ariete
Et qñ oues senes ad coitũ mouentur in aliquo tempore determinato di
cunt pastores ꝙ est signũ bonitatis in eis. et si iuuenes sic mouẽtur dicũt
ꝙ est signũ future pestis in ouibus in anno illo. Item arist. li. vij. oues im
pregnantur bibendo aquã. et propter hoc dant eis pastores comedere
sal vt plus bibentes impregnent et magis cõseruent. Dant etiam eis in
autumno cucurbitas paratas cũ sale ad multiplicationẽ lactis. et tũc flu
it plus lactis de mamillis. et oues impinguant lenticula cũ sale. et si oues
per triduũ abstineant a cibo ꝛ post accipiant cibũ multũ impinguabunt
et in estate valet eis aqua septentrionalis frigida. ꝛ i autumno aqua me
ridionalis tepida. et iuuat eos pastus i fine diei et motus. per nimia enĩ
itinera et per fortes labores macrescũt. et pastores cognoscũt q̃ possunt
pati hyemẽ. aut super quasdã inuenitur glacies et super quasdaꝫ nõ. ꝛ q̃
ex eis est debilis a se nõ excutit glaciẽ nec repellit Et carnes ouiũ sicut et
alioꝝ quadrupedũ q̃ in loco multũ aquoso nutriuntur male. et q̃ caudã

longam minus patiunt hyemem q̄ȝ que amplā. Et q̄ habent pilos pau/cos et crispos grauiorē hyemē patiunt. Et lana ouiū quas comedit lu/pus inficit. et pannus inde fact⁹ recipit pediculos. Item ibidem li.viij.in ouibus plus abundat priuatio intellectus q̄ȝ in alijs aialibus quadrupe dibus. Et nocet eis tonitrus. etsi remanserit vna sola et fuerit impregna ta abortiet pre timore forsan. Item dicit pli.c.xlvij.tonitrua inquit solita rijs ouibus inferūt abortiuū. Remediū est vt in vnū pariter congregen/tur. Quere ꝫ in lra A de ariete et de agno. ¶ De panthera.

Panthera vt dicit ysi.li.xij.sic est dictus. siue qr omniū animali/um est amicus. excepto dracone quē valde odit. siue qr societa te generis gaudet. et ad similitudineȝ quicq̄d accipit reddit. Panthera eniȝ grece. totū dicit latine. Est aūt bestia minutis orbiculis superpicta. ita vt ex maculaꝝ nigraꝝ et albaꝝ et flauaꝝ varie tate tota pellis oculata exterius videat vt dicit idem. Hec bestia vt dic̄ ysi. semel tm̄modo parturit. Cuius cause ratio est aperta. nā cū in vtero matris conualuerint catuli et ad nascendū iā receperint vires. odiūt ma tres lacerant q̄ȝ vngu b⁹ matris aluū tanq̄ȝ suo partui resistentē. vnde ⁊ mater partū dimittit dolore vteri opellente. Et ideo dicit pli. aialia cuȝ acutis vnguibus frequenter parere nō posse nā mouentib⁹ se catulis vi/ciate intrinsecus sūt matrices. Hucusq̄ȝ ysi.li.xij. De panthera dicit phisi ologus Panthera inquit odit draconem et draco ipm fugit. cū aūt com ederit et saturata fuerit se recondit in spelunca ⁊ dormit ꝯtinue fere tres dies. Post triduū vero a somno surgens emittit vocem. et ab eius ore ex it odor aromatic⁹ supra modū suauis propter cui⁹ suauitatē ipsū omnia animantia sequunt. Solus āt draco audiens vocem ei⁹. timore perterri tus fugit in cauernā. nec ferens odorem in semet ipso deficit et torpescit. odorem enim eius reputat pro veneno. De pantheris āt dicit pli.li.viij. .c.xviij. Pāthera sicut et tigris maxima oculoꝝ et maculaꝝ varietate de corant. alia aialia proprio colore gaudent. Sunt tn̄ leones nigri in siria qui pantheris in candidis maculis sūt similes. In colore aūt vario pan/thera et tigris oīa aialia quadrupedia solicitant videre eos. sed toruita te capitis terrent. quāobrem caput occultant ⁊ pulcritudine relique par tis corporis bestias ad se inuitant. et sic inuitatas arripiūt ⁊ manducāt. Et q̄muis sit bestia valde seua tn̄ illis qui sibi aut aliquo subueniūt nulla/tenus est ingrata vt ibidem exemplificat idem pli. de quodaȝ qui libera/uit catulos panthere collapsos in quandā foueam quē panthera eduxit extra solitudinē leta et blandiens vt sibi gratias referre appareret.

¶ De pardo

Pardus vt dicit est bestia velocissima co lore vario orbiculata. preceps ad sanguinem. et saltu ruit in mor tem. Et habet talē dispositioneȝ sicut panthera. nec hȝ ab eo ali/

quam d

quam differentiā nisi ꝙ panthera habet maculas albiores. ita dicit pliñ li.viij. De pardo aūt dicit aristot. li.viij. ꝙ qñ pardus infirmat᷑ comedit humanū fimū gratia medicine. et ideo venatores suspendūt sterc⁹ sup arborē ad qđ dū ascendit a venatorib⁹ interficit᷑. Est aūt animal libidinosū. et coit cū leena ex cui⁹ adulterio generat᷑ leopard⁹. Quere s̄ de leena. Pardus raptis catulis est nimis seuus vt dicit gl. sup osee. xiij.

De pilosis et eorum proprietatibus.

Pilosi sicut innuit glo. super ysa. xiij. monstra sunt ad similitudinem hoim. Et dicunt᷑ siluestres homines qui et satiri dicuntur Isid. aūt li. viij. c. v. dicit Pilosi sunt qui grece panide. latine incubi appellant᷑. siue inuij ab ineundo dicti passim cū aīalibus. vnde incubi dicunt᷑ ab incūbendo id est coeundo. Sepe enī improbi extitere et mulieribus earū peragūt ꝯcubitū quos demones gallidusios appellant. qꝛ sepius hāc immūdiciā peragūt. quē aūt incubonem vocant hūc romani faunū sicariū vocant. Itē dicit papias. Pilosi a grecis panites. a latinis incubi vocant᷑. quoꝝ forma ab humana effigie incipit ꝫ bestiali extremitate terminat᷑. Item dicit glo. sup ysa. xxxiiij. Sed idem dic alia glo. ꝙ pilosus dr̄ simea. est enī bestia monstruosa. pilosa multū. ⁊ villosa. figurā humanā in multis representat. Quere infra de simea.

De pigargo

Pigargus est animal mundū quo ad esum vt patet deut᷑. xiiij. Est animal cornutū ⁊ barbatum sicut hirc⁹. min⁹ ceruo. maius hirco. vnde similis est hircoceruo sed longe minus. Quere ṡ. de tragelapho. Ruminat sicut hircus. et findit vngulam sicut ceruus et est animal agreste magne velocitatis. nemora inhabitat et deserta. Vguicio autē dicit ꝙ pigargus ē auis parua et depressa. vñ dr̄ a pige qđ est depressio. Sed in deut᷑. supponit ꝓ animali quadrupede qđ est simile hircoceruo vt ibi innuit glo͛. Nec aspirat᷑ ibi prima syllaba. vñ cū. h. non debet scribi. quidā scribūt philarguꝫ. sed male vt patet in libris correctis.

De pigmeis.

Pigmei sunt homines parui statura cubitali quos greci a cubito pigmeos vocant. Hi montana indie tenent. quibus vicin⁹ est occeanus vt dicit papias. Sed dicit Augl. sic Pigmei tm̄ semicubitales sunt qui tertio anno perfecte sunt etatis. septio senescunt. Dicunt᷑ aūt pugnare cōtra grues a quibus armati ferro aliquotiens deuincunt᷑. De pigmeis aūt dicit pli. li. vij. ca. iij. Pigmei ceruos vt sunt dodrantes nō excedentes salubri celo semper vernante. habitant in terra temperata montibus opositis ex partibus aquilonis quos grues infestare fama est. Qui incedentes arietū capraꝝ dorsis armati sagittis vero tempore congregato agmine ad mare descendūt et oua et pullos gruum pro viribus destruūt et consumūt. Et hanc impetitionem faciūt

tribus mensibus. quod si non facerent futuris auiũ gregibus resistere nõ valerent. De pennis aũt eaꝝ et ouorum putaminibus sibi casas faciunt vt dicit idem. Et scđ dit. aristotiles inquit in cauernis viuere pigmeos tra dit.

De porco

Color liuidus ex partibus aqueis ⁊ terrestribus predominantib' generat. Nam talis color in rebus habentibus humorem grossū et frigidū generat vt patet in violis et plumbo. plumbū tñ naturaliter est albū q̄uis superficialiter sit liuidum. vnde ex eo fit cerusa vt dicit cōmen. sup. iiij. methe. Unde color liuidus signū est frigiditatis dominantis qz liuidus color in vrina est signum extensionis naturalis caloris et mortificationis animalis sicut dicit egidi' liuida membroꝝ aut membri monstrat humorem mortificati. Signat enim mixtas alias passiones sic sequit parūus enutritheus medius morbus q̄z caducus. achites sinochus vene ruptura catarrus. coste pulmonis viciū dolor articularis. cōsumptiā ptisis extinctiua caloris sint tibi liuoris cause

De colore liuido

Color ergo liuidus est malus in animatis corporibus. nā vel signat dominium frigoris calorē naturalem extinguentis et naturā mortificare inchoantis. vel superabūdantiā melancolici sanguinis colorē oio et cutis superficiem viciantis vel cordis angustiam. calorem sanguinis ad interiora re

uocantis vt pz in inuidis vel dolore casus siue percussionis sanguinem in/
tercutaneū corrūpentis vt ptz in fustigatis in quib' humor intercutane'
p maliciā corrupt' cuti infert corruptionē et infectionē vt dicit expositor
sup.i.c.li ysa.ibi vulnus liuore ꝛc. Uel signat spirituū et vigoris natural'
caloris defectionem ꝛ depauperationez vt pz in ydropicis ethicis et cō
sumptis vt dic̄ Egidius. Signat etiaz dolorem articularem.nā dolor ar
theticus ꝓpter neruoꝝ sensibilitatem in quibus radicantur.minus ē do
lorosus.propter qd̄ confluūt spiritus ꝛ humores ad locū doloris. ꝓpter
qd̄ aliȷ̄ humores remanent minus calidi et p ↄsequens colorati Omnes
autē causas liuiditatis enarrare nō expedit in presenti opusculo.sed tan
gere solū.ad memoriam reducere expedit que a maioribus nostris copi
osissime sūt tractata. Raro aūt memini liuorem signare aliqd̄ bonuz nisi
prius viride vel nigrū operatione nature mutetur in liuidū.ꝛ de liuidita
te in rubeū siue citrinū.nā tunc signū est ꝙ natura contra morbū victori/
am obtinet et triumphū. Unde egidius prius si post rubeus videat' cō/
surgit cerebri natura vigor reparatur.

Color indicus siue venetus est co ¶ De colore indico
lor blauius liuiditatem excedens in pulcritudine et virore.plus
habens aqueitatis et aereitatis admixtuz cū partibus terrestri
bus et vnitū ꝙ̄ qui liuidus.et talis color est celestis ꝓpter dominiū aerei
tatis in superficie perspicui materie scꝫ pure et transparentis.vt patet in
saphiris orientalibus et iacinctis.talis etiam color reperitur in lazurio.
Sed de hoc quere s̄ in tractatu de gemmis et de lapide lazuri.

¶ De nigredine

Nigredo est priuatio albi in perspicuo.sicut amarum est priuatio
dulcedinis in humido. Unde videtur ꝙ albedo est prima origo
coloꝝ.sicut dulcedo est principium saporum vt dicit aristot.in li.
de sensu et sensato. Idem dicit arist li.xix. Color niger non est nisi priua/
tio claritatis. Generatur aūt nigredo ex luce pauca et obscura in perspi
cuo et obscuro et impuro incorporata. Et ideo nigredo est spiritus visi
bilis aggregatiua et eiusdem repercussiua. propter quod ledit visū et he
betat quando nimis est intensa.vt patz in diu incarceratis qui exeuntes
de carcere parum vident. Fundatur autem nigredo quandoqꝫ in substā
tia humida et calida quia caliditas dominans denigrat sbstantiam hu
midam vt est videre in lignis humidis et exustis. Quandoqꝫ in substan/
tia sicca et frigida.quia frigiditas dominans substantiam denigrat sic/
cam et humidam facit albam vt dicit Auicen. Unde nigredo quando/
qꝫ causatur a frigiditate et est signum mortificationis Quandoqꝫ a ca/
liditate et tunc est signū adustionis. et ideo nigra vrina diuersa pt̄ signa
re et aduersa.sicut dicit Egidius.qn̄qꝫ enim signat solutionem quartane

et sic pretendit sanitatem. aliqñ signat adustionem et mortez vt in acuta
febré. Unde egidi⁹ dicit. Nigrior vrine facies incõmoda febris Quar
tane soluit. morté ptẽdit. ꝛ vrit In febre. fert morté nigra fetida paucula
pinguis ꝛc. Sũt qdam colores picture operibus ꝯgruẽtes. quoꝝ quidã
in venis terre nascunt̄ vt sinopis rubrica meliũ auripigmentum et hmõi
Quidam arte componuntur. ¶ De sinopi
Sinopis est color rubeus in ponto primitus adinuentus iuxta si
nopim ciuitatem a q̃ nomen sic accepit vt dicit ysi. li. xviij. Huius
species tres sunt. prima rubra. et minus rubens. et inter has me
dia vt dicit idez. Rubrica que dr̄ rubra proxima colori sanguineo vt di
cit idem. gignitur in plurib⁹ locis. ꝫ optima est in ponto. vnde et pontica
Siricum pigmentum est vnde fit ¶ De sirico ¶ appellat̄.
color pheniceus. quo libroꝝ capita scribunt̄. Et colligit̄ in litori
bus rubri maris in phenico. et inter ficticios hic color reputat̄.
eo ꝙ fit aliqñ ex sinopi et sandice simul mixtis vt dicit ysid.
Minium est color rubeus cuius materiam greci ¶ De minio
apud ephesũ primo inuenerunt. In hyspania hmõi pigmentũ pre
ceteris regionibus plus abundat vt dicit ysid. ¶ Cinobrium
Cinobrium qd greci cinabarin dicũt a dracone et a barro elephan
te est vocatum. Aiũt enim draconũ esse sanguinem dum implicant
elephãtes. ruunt enim belue et dracones obruunt̄. quoꝝ fusus cruor ter
ram inficit. fitqꝫ pigmentũ quicqd solo tinxerit. est autem puluis coloris
rubri vt dicit ysi. ¶ De prasino.
Prasini creta est viridis. vnde fit color viridis sicut porrũ. crescit
aũt optima in libia cyrenensi vt dic̃ ysi. Crisocana est vena pra
sini coloris sic dicta ꝙ cũ ea aurum sic dicit̄ inueniri. hec in arme
nia crescit. sed pbabilior est que crescit in macedonia. Fodit̄ in metallis
eris cui⁹ inuentio argentũ atqꝫ indicũ prodit. Nã vene eius cũ his hñt
nature societatem vt dicit ysi. ¶ De sandaracha.
Sandaracha nascit̄ in topazon insula maris rubri. Et est coloris
cinobrij. sed odoris sulphurei. Inuenit̄ ãt in metallis aureis ꝛ ar
genteis. et est tanto melior quãto rufior. et quanto plus sulphur
olet tãuis et cerusa si in fornace torreatur in sandaracham conuertatur.
Cuius color est flammeus ꝙ si torreat̄ equaliter cum rubrica et ꝯmxta
sandicem reddit. vt dicit ysidorus. ¶ De arsenico
Arsenicum auripigmentum dicitur ob colorem auri. colligitur in
ponto ex aurata materia. Quod in aureum colorem transit puri
us est. ꝛ quod graciles habet venas pallidius est peius iudicat̄.
De hoc quere supra in tractatu de venis terre de auripigmento.

Occa nascit in topazion insula. vnde et sandaracha. Fit tñ qñqz ex occa adusta rubrica mollis nouis luto circumlinitis que quanto magis in camino arserit melior fit vt dicit Ysidorus. ¶ De occa

¶ De indaco.

Indacum in cannis indicis limo infixis inuenit spuma adherente limo. Est aũt coloris pulcri et aerei mixturam purpure et cerulei mirabile reddens. Est alterz genus in purpurarijs officijs spuma innatans quã ofectores detrahunt et desiccant vt dicit ysi. ¶ De atramento.

Atramentũ dictum est eo qp sit atrum. cuius species necessaria est quotidiano vsui picture. et inter ficticios oputat. Fit enim ex fuligine multis modis sup ardentes tedas. huic pictores cũ aqua miscent gluten vt illustrius resplendeat. Quidã eniz carbones sarmentorum veterũ tritos cũ glutino addũt. alij fecem vini nigri exurunt. Multis etiam fit alijs modis vt dic ysi. Cũ atramento ãt temperat incaustum q acuit. Habet ãt multas virtutes vt patet in platear. Quere s. de venis terre. li. xv. ¶ De melino colore.

Melinus color est candidus cuius materia inuenitur in melos insula. est vna de cycladibus. et ideo melinus est dictus vt dicit ysidorus. Propter nimiam autem pinguedinem pictores eo non vtuntur vt dicit ysidorus. ¶ De stibio

Stibium est color ficticius vel factus ex cerusa et quibusdã alijs mixtis. cum quo mulieres facies suas sophisticant et colorant.

Cerusa ex vapore fortis aceti tabulas plumbeas sup sarmenta alba locatas pfundentis generat. quere s de plumbo Eodẽ mõ fit es viride siue calcantũ qd ppls viride grecũ vocat. s. ex vapore fortis aceti eneas laminas perfundẽtis nam ex aceto corrũpitur eris supficies et ouertit in eruginem et inde color viridis pcreat. Valet ad carnem mortuam corrodendam. ¶ De cerusa

Purpurea a puritate lucis est dicta quia in his regionibus gignitur ei⁹ materia quas solis cursus illuminat proprius et illustrat. Hic color lachrymis sanguineis effluentibus a quibusdam cocleis ferro diuisis acuit et meliorat vt dicit Ysidorus li. xix. in. c. de tincturis. ¶ De purpurea.

Sunt et alij colores multi tam simplices qz compositi quibus vtũtur pictores et tinctores. sed iam dicti sunt nobiliores. et ideo nũc de eis sufficiat. De his omnibus tractat plini. li. xxv. c. xiij. vsqz ad. xxiij. Et ysidorus li. xviij. et xix. Dicuntur autem tinctores pannorum et lanarum ob nitoris gratiã coloratores vt dicit Ysidorus lib. xix. Pictores vero sunt imaginum et rerum similitudinum picture artificio expressores. Est autem pictura dicta quasi fictura. Est autem imago ficta non veritas. Hec et figura

dicitur a quodam colore ficto est linita nihil habens fidei et veritatis. Unde et sunt quedam picture que corpa vestimentis studio coloris excedunt et fidem dum augere contendunt ad mendacia prouehunt sicut qui chimeram tricipitem pingunt. Picturam autem egyptij primitus inuenerunt vmbra hominis lineis circundata. deinde simplicibus coloribus. et post diuersis. sic quod paulatim ars ipsa se distinxit. et inuenit lumen et differentias colorum ac vmbras. Et nunc pictores prius quasdam lineas et vmbras future imaginis ducunt. deinde coloribus complent. inuente artis ordinem adhuc sequentes vt dicit ysid. li. xviij. in. c. de picturis. De odore.

Post colores de odoribus est dicendum. Odor itaque est fumosus vapor a substantia rei resolutus qui mediante aere cerebri attractus est sensus olfactus immutatiuus. nam odor immutat olfactum. quemadmodum color visum. vel sonus auditum. vel quemadmodum sapor gustum. Proprium enim est sensuum a suis sensatis et obiectis proprijs immutari et delectari in eis ac perfici si fuerint medij. contristari vero et destrui si extremi vt dicitur in li. de sen. et sensa. Est itaque odor rei proprietas sensu fumo medio perceptibilis. Ad hoc autem quod odor perficiatur et informetur in organo sensus quattuor ad minus requiruntur. scilicet. caliditas resoluens. materie subtilitas actioni caloris resoluentis obediens. aerea puritas deferens. nerui vel cerebri conformitas vaporem resolutum nature sensu percipiendo admittens vel abhorrens. Calor igitur resoluens fumos vaporabiles causa odoris est efficiens. vapor resolutus est materia obediens. qualitas vero fumi resoluti aeri deferenti se incorporat et in suam similitudinem ipsum alterat et informat. informatus vero aer qualitate fumi neruo odorabili subito se applicat. et sibi incorporati fumosi vaporis similitudinem representat. cuius complexioni si similis fuerit miro modo cerebrum recreat et delectat. Si vero econtrario inficit et contristat. et ideo aromatica que proportionem complexionalem habent et aromaticam cum natura ipsam reparant atque iuuant. fetida vero ex causa contraria aggrauant et molestant. Calor itaque resoluens odorem efficit. et econtrario frigus constringens odorem impedit et prescindit. quia mouendo ad centrum subtiles substantie vapores per aera se diffundere non permittunt. propter quod nec sterquilinia fetent in tempore hyemali sed potius estiuali. Similiter substantie raritas seu subtilitas obediens calori resoluentis odorem causat. Econtra vero grossicies materie odoris diffusioni obuiat et repugnat vt patet in lapide cuius naturalis compactio et frigiditas sunt in causa quia neque redolet neque fetet vt dicit auic. Tertio aeris constantia confert sensibiliter ad odorem. nam si rarus fuerit et subtilis de facili siquidem odoris materiam. scilicet fumum vaporabilem recipit. sed propter eius euanationem et rarefactibilitatem permanentem in se eius redolentiam longo tempore non permittit. Econtrario vero si densus fuerit

aer et compressus vapor siquidē et bonos et malos tardius recipit. sed post eoꝝ impressionem ipos euaporare ita defacili nō permittit vt dicit idem. Quarto organi q̄litas seu dispositio ad odoris iudiciuȝ potissime operaꝛ. si vero fuerit neruus sensibilis in quo ꝑcipiꝛ olfac9 vel male cō-plexionatus vel lesus casu aliquo seu corruptis humoribus oppilatus vꝛ omnino ꝑuertiꝛ vel sꝰtrahiꝛ iudiciū odoris. Primū patet in melācolicis et alijs male complexionatis qui loca fetida diligūt. odorifica vero et a-romatica fugiūt. Scd̄m aūt patet in mutilatis qui neruos sensibiles ⁊ o-dorabiles habent lesos. et ideo odores nō sentiūt. Tertiū aūt manifestū est in pilosis et leprosis qui naribus et viciosis humorib9 oppilatis inter odoriferū et fetiduȝ vix discernūt. Fumus igiꝛ a rei substantia resolutus materia est odoris. vn̄ ꝯm varietatē fumi odoꝝ differētia variaꝛ. Distin-guit aūt ysaac in dietis tres species fumi. est em̄ fumus quietus et quasi nulli9 motus in aere vt fumus a lapide resolutus qui eius complexioneȝ non declarat positiue sed per priuationē odoris et absentiā ipsū habere substantiā grossam et frigidā manifestat. Est et alius fumus habens ve-locem motū in aere. et hoc accidit ex calore resoluente substātiā que si fu-erit valde pura et defecata. erit odor valde aromaticus et suauis. vt pȝ in muta et musto et in ambra. Si vero fuerit sꝰstantia impura multis fe-cibus intermixta erit odor malus et nature horribilis. Et hic odor diui-diꝛ dupliciter. in grauem scilicȝ et fetentem. grauis odor ex calore adhuc naturaliter se habente in aliquo ⁊ iam corrumpi incipiente vt patet in pi-scibus diu reseruatis sine sale. Est tertio fumus mediocris a calore medi-ocriter resolutus. et ille vel est a pura sꝰstantia vel impura. si ex pura erit mediocriter aromatic9 vt patet in pomis. violis. ⁊ rosis. Si aūt fuerit ex substantia impura ꝑtim erit fetid9 vt pȝ in aloe et absinthio et sulfure ⁊c̄. Causaꝛ itaqȝ aromaticus a calore ꝑtes sꝰtiliores et puriores resoluente aere ipsaꝝ fumos ad cerebrū deferente sicut fetor vel grauitas ex eodeȝ partes grossiores et corruptiores a rei substātia dissoluente effectiue ge-neraꝛ. vnde pro isto effectu ex actione caloris ꝯsequēte omne aromaticū calidū ab autoribus solet dici. multa enim sūt substantialiter frigida vt ē videꝛ in aceto. camphora et rosa. que tn̄ sentiunꝛ aromatica. et hoc fit ꝓ-pter substantie eoꝝ puritateȝ cui9 partes subtiliores resoluunꝛ et diffun-dunꝛ in aere ꝑ calorem. Sūt āt due odoꝝ extremitates. aromatic9. s. ⁊ fe-tidus. inter quos etsi inueniaꝛ odor recte medius et eque distās ab extre-mis ꝯm rationem vel ꝯm intellectū nequaq̄ȝ tamen actualiter ꝑcipiꝛ ꝯm sensum. vnde dicit ysaac in dietis. Odoratus non percipit mediocres o-dores. sicut nec pisces percipiunt medios colores. Carent eni pisces pal-pebris propter quod spiritus visibilis continue dispergitur. vnde nō suf-ficit ad medij coloris perceptionem. De odoratu quoqȝ eadem est ratio

vt dicit sedm. nares enim patule sunt et continue dispergit spirit⁹ odorabilis propter quod debilior efficitur odoratus. et ideo medios odores minus capit. nec est grauis odor recte medius inter aromaticum et fetentem quia grauis sub fetido continetur. et non differt ab eo nisi quod magis remissus est. et fetid⁹ ampli⁹ est et intensus Sub eadem igitur specie continentur sicut albedo intensa et remissa. et ideo si duo odores extremi. s. fetidus et aromaticus in equali proportione pariter misceantur. non fiet vnus medius odor et eque distans in mixto secundum sensum. vnde aromaticum primo percipit sensus olfactus quam fetidum. quia in aromatico delectatur. et fetidum refugit et abominatur. Ex quo patet quod non efficitur vnus odor medius de extremis perceptibilis secundum sensum vt dicit ysa. Quod autem bonus odor citius penetret ad spiritum animatum quam mal⁹. patet quia substantia boni odoris virtute naturalis caloris in se continet qui grossiciem eius mundificat et subtiliat vt leuitate sui dissoluta flatu aeris valeat citius ad cerebrum pertransire. Malus vero odor non sic quia in eius subiecto actio nature iam deficit. vnde superfluitas eius grossa in eo remanet coagulata. et ideo difficilius potest cum fumo dissolui. nec ita cito penetrat ad spiritum odorabilem qui in profundo cerebri ventriculo latitat vbi spiritualis et substantialis fumus citius perforat quam grossus et terrestris

¶ De effectu odorum

Circa effectum odorum diuerse fuerunt positiones. Dicebant enim antiqui rerum naturas et substantias ita cognosci odore simpliciter quemadmodum et sapore. Dixerunt enim res acetosas odore comprehendi. similiter et acutas Sed fallebantur. id enim odoratui attribuebant quod erat tactus. nullus enim est sensus cui tactus non sit annexus. et ideo morsuras et puncturas non percipit odoratus sed potius tactus qui odorandi organo est admixtus. sic oculus clausus sentit morsuram collyrii non visu sed tactu. Alii vero asserebant nullam rerum noticiam posse haberi per odores. videntes enim quasdam res frigidas esse odoriferas vt rosas. quasdam vero calidas nullius esse odoris vt piper. putauerunt res non posse dinosci aliqualiter per odores. Sed hi fallebantur. Bon⁹ itaque odor fit simpliciter vel ex calore totali vel partiali. nam rerum alie sunt simplicis substantie. alie composite. Si res est simplicis substantie et est odorifera odor ille fit ex odore totali quia tota rei substantia est calida vt patet in musto. Si vero composite est substantie et est odorifera. odor ille fit ex calore partiali id est ex calore quarundam partium. nam quedam sunt ibi partes calide scilicet ignee que diffuse per superficiem ruborem inducunt et odorem. vnde si rose ponantur in aqua calida ignee partes resoluuntur et rubeus color paret cum odore. Sed alii sunt quorum sententia approbatur qui dicunt rerum substantias cognosci per odores. minus tamen quam per sapores. nam ad linguam diriguntur vel lacerti quibus multum transfunditur de spiritu animali quo perfecte res gustata potest comprehendi. sed ad instrumentum odoratus non venit nisi vnus lacer

tus tamen per

tus tm̄ per quem paꝝ de spiritu descendit qui non ita perfecte naturam potest comprehendere. Preterea a re odoranda non resoluitur nisi que dam subtilis fumositas que admixta aeri cū ipsa ad organū odoratus attrahit̄. vnde et spiritus ꝑ fumositatē illam reꝝ naturas non discernit ita bene. sed ad instrumentū gustus tota res gustanda intus ꝛ extra gu stui substantialiter applicat̄. et ideo de re verius iudicat̄ ꝑ saporē ꝙ per odorem. Recolligit̄ itaqꝫ ex predictis ꝙ odor est rei ꝓprietas siue quali tas perceptibilis odoratu vt dicit ysaac. Nam a re odorabili resoluitur quidā fumus per calorem qui tanꝙ quedam spiritualitas admixtus ae ri ipsum inficit et immutat. et spiritus animalis ibi existēs inter nares in quibusdam caruncuilis ad modū mamillaꝝ ibi dependentibus ab eodē fumo immutat̄. qui immutat⁹ recurrit ad cerebꝝ et repn̄tat talem anime immutationē. Est itaqꝫ odor sui obiecti manifestatiu⁹. spiritus animalis immutatiuus. sui ipsius per aera diffusiuus. ad interiora cerebri ꝑ flatuꝫ aeris vel attractū penetratiuus. suo calore humoris ꝯsumptiuus. ꝛ flux⁹ nociui restrictiuus. sua puritate spirituū reparatiuus. virtute debilitatis cordis ꝯfortatiuus. aeris in suā similitudinem ꝯuersiuus. fetoris repcus siuus. et putredinis palliatiuus. delectationis in sensu animaliū sic̄ ꝛ ho minū causatiuus. Nam pisces diligunt aromatica. et fugiunt fetida. simi liter et apes vt dic̄ aristo. sicut et formice sulphuris odore effugant̄. sola venenosa aromatica detestant̄. vnde serpentes odorem rute abhorrent. botraces vinee florentis redolentiam non sustinent.

De fetore

Fetor est ex re corrupta vapor resolutus acrem inficiens. ꝯtristans spiritū animalē et corrumpens. Nam sicut odor aromaticus odoratū reficit et delectat. sic fetidus spi ritū odorabilē inficit et ꝯtristat. Nam vt dicit ysaac fumus a re male cō plexionis resolutus animato spiritui est inconueniens. nā in subiecto feti di odoris multi sunt humores corrupti eo ꝙ naturales exierint qualita tes. et ideo complexioni humani corporis repugnant. vnde odoris hor ribilitas pretendit sue substantie corruptionē. que ꝯtingit aut ꝓpter natu ralem calorem. aut ꝓpter corruptam humiditatē. Nā qn̄ calor innatural̄ humoꝝ facit ebullitionē causa est putredinis et fetoris. horū nutrimēta corruptā et pessimā putredinē in stomacho generant. ex qua resoluit̄ pes sima fumositas que caput grauat. Qn̄ sola corruptio humiditatis est in causa tunc odor non fetens sed grauis generat̄. Et omnia calida ꝓpter odoris grauitatē mali sunt nutrimenti. minoris tm̄ sunt nocumenti. ꝙ q̄ fetide sunt putredinis vt dicit Hal̄. Et hoc est videre in piscibus recenti bus qui dū retinent naturalem calorem. odorem grauem habēt. ablato aūt naturali calore efficiunt̄ iam fetētes. Qn̄ vero pisces decoquunt̄ in superflue ꝯsumptioni et corrupte humiditatis ꝑ calorem grauis odoris

tollitur. et sic eorum substantia per decoctionem non solū in odore meli or efficitur. verū etiam in sapore Fetor ergo est corruptionis nature pro testatiuus. defectus caloris naturalis ostēsiuus. aeris infectiuus. animal spiritus corruptiuus. vomitus et nausee prouocatiu᷒. doloris capitis ge neratiuus. et totius complexionis distemperatiuus. horroris et tristicie sensibus animaliū inductiuus. et ideo fugiunt pisces sportulas fetidas ⁊ antiquas. recentes vero subintrant atq; nouas vt dicit aristo. Similiter apes abhorrent esse fetidū vt dicit idem Ideo vulpes cuius fimus ē val de fetidus foueam taxi subintrat ⁊ eā defedans ꝑ fetorem de fouea ta xum fugat vt dicit pli. et sic ipsum superat ꝑ fetorem quā vincere non po terat ꝑ virtutem. Est etiam fetor spirituū et neruoꝝ infectiuus et natura li consistentia in innaturalē alteratiuus vt patet in leprosis quoꝝ anhe litus fetidus sanos inficit et corrumpit. Est etiam fetor fetus animaliū in vtero extinctiuus. vñ dicit arist. ꝙ equa si sentit fetorem candele extin cte faciet abortiuū. Potest etiā fetor sic intendi ꝙ erit mortis subite cau satiuus. nā quedam est species serpentis cuius fetor subito interficit rem odorantem. sicut basiliscus visu interficit se videntem vt dicit auicen Acci dentaliter aliqñ āt fetor iuuat. nā quedā sunt fetida medicamina vt alce caballiū et sulphur et asa fetida et hmōi que in multis causis conueniūt medicine. nam odores sui grauitate humores putridos siue ad putredi nem et fetorem dispositos ratione similitudinis attrahūt ⁊ extractos ex pellūt. nā natura abhorrens fetorem ꝑ medicine fetide ꝑsentiam irritat̄ ɔtra ipsam. et ideo recolligit se totam vt contra suā dimicet inimicā Fe tor itaq; id est fetida medicina occasio naturaliter est expulsio fetidorū et dū vnū fetidū assumit̄ aliud fetidū pariter cū ipso remouet̄. Similiter fetor lane vste vel filtri ɔbusti seu cornu caprini exusti naribus salubriter opponunt̄ vt sopor litargicus excitet̄ vt dicit ɔstan. nam spiritus abhor rentes fetorem fugiūt ad interiora cerebri vbi est causa morbi ex quorū ɔcursu iuuat̄ natura ɔtra morbū. et ideo facilius digerit et dissoluit ma teriā apostematis que causa fuit false somnolentie et soporis vt dicit idē Eodem mō in causa matricis quando nimis eleuatur ɔprimēdo spiritu alia. et fetida naribus et aromatica partibus inferioribus vtiliter adhi bentur. nam natura fugiens fetorē recurrit ad matricē et sentiendo odo rem inferius illac tendit. et sic matricem ad locum debitum secum ducit Quāuis etiam odor odori non ɔtrariet̄. aliquis tamen fetor alicui feto ri contrariatur. et ideo fetor sterquiliniȷ̄ ex fetore aliȷ̄ effugatur. vbi etiā omnes fetent vnius fetor minime sentitur quare vnus ab alio absorbet̄. De rebus aūt odoriferis quere ꝭ in tractatu. xviij. de herbis et specieb᷒ et plantis

De sapore

Sapor āt.

S Apor autem est sensatum gustus. Sicut eniz color est obiectũ visus sic sapor est rei ꝓprietas iudicio anime se offerens p viã gustus. Sapor itaqz est rei ꝓprietas solo gustu ꝑceptibilis. H aũt dico in principio qz alio mõ iudicãt de saporibus et saporum principijs phi et alio mõ medici. Sed de illa murmuratione questionũ nihil ad ꝓpositum. quia illas solas saporum differentias et operationes et causas hic inquirimus prout sacre scripture ꝯueniũt ad eliciendũ ex saporũ ꝓprietatibus aliquos mysticos intellectus. vnde ad p̃sens de alijs non curamus

E St ergo sapor ꝓprium obiectũ gustus de cuius presentia sensus in organo gustabili delectatur vel tristaꝛ. et ẜm ysa. in diet. Saporum octo differentie scilicet dulcis. vnctuosus. salsus. amarus acutus. acetosus. ponticus. et stipticus. addiꝛ etiã his insipidus. sic sunt nouem. sed abusiue dr̃ sapor quia sapore caret. Pertinent aũt quinqz ad caliditatem et calidam ꝯplexionem scz dulcis vnctuosus salsus amarus acutus. relique frigide sunt ꝯplexionis scz ponticus stipticus acetosus ꝛ insipidus. Duo aũt sunt que faciunt saporem sciz complexio et substãtia et substantia est triplex. s. grossa ſ̃btilis et mediocris. Complexio itaqz calida et humida in scđo gradu cũ grossa substantia facit saporem dulcez Calida vero et humida in fine scđi gradus cũ subtili substantia facit vnctuosũ. et diciꝛ vnctuosũ subtilẽ quantũ ad transitũ q̃a defacili transit in fumũ. Habet ãt actualẽ grossiciẽ ratione cui⁹ est oppilatiuũ. sed potentialẽ habet subtilitatẽ in substantia rõne cui⁹ est velociter transitiuum. Complexio ãt calida et sicca in fine scđi gradus cũ mediocri substantia facit salsũ. calidũ et siccũ in tertio gradu facit amarum. Sed ꝯplexio calida et sicca in quarto gradu cũ subtili substantia facit acutũ Et ita sup caliditatem fundanꝛ q̃nqz sapores. Frigida ãt et sicca complexio i tertio gradu cũ grossa substantia facit ponticũ qualis ẽ in fructibus immaturis. Frigida quoqz et sicca in scđo gradu cũ mediocri substantia facit saporem stipticũ q̃lis est in rosis et in cotanis maturis. Frigida ãt et sicca i scđo gradu cũ substãtia subtili facit saporẽ acetosum. Frigida ꝟo ꝯplexio et humida in primo gradu cũ mediocri substantia facit saporem insipiduz. q̃lis est in albumine oui. Patet g° ꝙ tres sapores sunt testimonia subtiliſ ſ̃bstantie. s. acutus vnctuosus et acetosus. ꝛ sunt tria testimonia grosse ſ̃bstantie scz põticus amarus et dulcis. Similiter sũt tres sapores testimonia substancie mediocris. stipticus. salsus. et insipidus.

¶ De pura dulcedine et eius effectu

D Ulcis itaqz sapor generaꝛ ex tẽpata caliditate et grossa ſ̃ba. vñ dulcedo lingue apposita moderate apit. moderate calefacit. moderate humectat. vñ grossicies ſ̃be moderate subintrans poros

apertos diu ibi manet. et ideo anima in tali temperantia gaudet. Unde plus delectat natura in dulcedine quam in aliis saporibus. preterea nulla res est ita temperata et affinis humane complexioni et equale sicut dulcedo et ideo humana complexio que est vicina temperantie equali in dulcedine sibi simili delectatur.

De sapore dulci.

Ad dulcem aūt saporem faciendū quattuor conveniunt elementa nō tñ equali proportione. ignis enim et aer superabundāt. unde ex igne calor. et ex aere humor innascit. que duo scz calor et humor necessaria sunt ad cuiuslibz generationem. calor aūt temperatus agens in humorē ipsum calefacit dissolvit et depurat ab humore terrestri et substantia mollificat. unde partes ignee et aeree augmētant et humiditas in spissuram. et sic grossa substantia in qua fundat dulcis sapor generat. Unde dulcis sapor quando caret omni macula acuminis omnibus saporibus suavior erit ut dicit ysa. qz eius natura sanguini est vicina. et ideo letificat et mundificat nocumentū gustus. humectat temperate sine labore nature. Est aūt dulcedo aliqñ pura quatuor qualitatū mediocriter contentiva ut patz in zucara. aliqñ est viscositati et grossiciei admixta ut pz in dactilis. aliqñ acumini coniuncta ut i melle. Prima dulcedo maxime conveniens est nature. sz aliqñ accidentaliter nocet nature qñ scz natura plus recipit quam digerere possit. et tūc solet esse causa alicuius oppilationis quia dulciū superfluitas in poris venarū inviscat. Dulcia itaqz mollificant membra. lavant. colant. et mundificant. parū naturaliter nutriūt. accidentaliter aūt multū. Mollificant quidē qz humiditas materiam mollem reddit. caliditas temperate dissolvit. unde materia que prius erat spissa modo mollificata. dissoluta abstrahit et mundificat. Nutriūt aūt parū naturaliter quia dulcia grossa sunt in substantia et sua grossicie poros penetrare non possunt et ora venarū oppilant et cito saciant. accidentaliter tñ multum nutriunt qz dulcia humane nature sive complexioni sunt similia et amica et ideo in magna quantitate assumunt. et qz grossa sunt in substantia calor agens in ea multū sanguinez generat et ille sanguis multum nutrit. Dulcedo vero que viscositati est admixta multū quidem nutrit. sz multa tamen nocumenta generat accidentaliter et inducit ut dicit ysa quia talis dulcedo oppilationez generat et putredini de facili appropinquat. inflationem et rugitū generat. febrem interpolatā facile commovet et suscitat et colericam inflationē concitat vel augmentat. Est igit dulcedo pura et per alicuius rei admixtionem non infecta inter saporū differentias sensus maxime delectativa. nature amica et ei potissime assimilativa. deperditorū in corpore facilius reparativa. virtutū et spirituū debiliū maxime confortativa. omniū membrorū precipue nutritiva. Dicit enim ysaac. prius nutrimenti sapor dulcedo est si sua substātia aliquā habuerit viscositatē

stabilis enim

ſtabilis enim eſt in membris. vnde non de facili eſt in membris diſſoluti/
onis receptiua nec nutriunt aliqua que dulcedini nõ ſunt mixta. Unde
et ſapores dulcedini contrarij propter contrarietatem quaꝫ habent ad
humanam complexionem parui aut nullius ſunt penitus nutrimenti. Ex
commixtione tamen ſaporum inter ſe contrariorum vnus bonus ſapor
medius generatur in quo latitat dulcedo rõne cuiꝰ ille ſapor medius na
ture conueniens eſt corporis nutritiuus vt patet in ſalſamentis. et etiaꝫ
in pigmentis in quibus contraria recipiuntur. Unde patet ꝙ dulcedo
omniũ ſaporꝝ delectabiliũ eſt origo ſic͂ albedo omniũ colorꝝ eſt principi
um vt dr̃ in li. de ſen. et ſen. vbi dr̃ nigredo eſt priuatio albi in perſpicuo
ſicut amaritudo eſt priuatio dulcedinis in humido. Dulcedo adhuc eſt
ſpiritualiũ membrorꝝ amica quia ipſorum eſt lenitiua. et omnis aſperita
tis mitigatiua. clarificatiua vocis. et arteriarꝝ ab omni ſuꝑfluo purgati
ua. cannaliũ pulmonis et meatuũ pectoris aperitiua. et omniũ immundi
ciarꝝ mule et gutturis abſterſiua. catarri et humoris ſuꝑflui circa ſpiritu
alia diſſolutiua. et omniũ organorꝝ vitalis ſpiritus ad debitam cõſiſten
tiam reiectiua. om̄is tumoris ſquinantici repreſſiua. ⁊ ſuffocãtis humidi
etiam in membris ſpũalibus ↄſumptiua. Sunt aũt quedã dulcia que oc
caſionaliter membrorꝝ malorꝝ ſunt corpori illatiua. ſunt enim vnctuoſita
tis et inflationis generatiua. Non enim maior eſt ex calore dulcis reſolu
tio q̃ʒ ſit humidi reſoluti incorporatio vel ſaltem ↄſumptio. neceſſe eſt ibi
fieri multi vaporis fumoſi generatio. et ſic loci ex vapore diſtenſio et ꝑ
ↄſequens inflatio dolor et gurgulatio. Item ex eadem cauſa dulcia ſũt
appetitus debilitatiua q̃a ſubſtantie ſua groſſicie cito ſunt vacui ſtoma
chi repletiua et meatuũ oppilatiua. Item colere rubee augmentatiua. nã
cũ ſint calida calidi humoris ſunt excitatiua et ideo obſunt illis qui ex cã
calida et intenſa patiunt̃. Itẽ putredinis et corruptionis ſunt inductiua
qñ em̄ ſuꝑabundans calor ſuꝑabundantẽ humiditatẽ diſſoluit. et conſu
mere totũ vel digerere nõ ſufficit corruptã natura dereliquit Itẽ ſplenis
renũ et epatis ſũt oppilatiua. ⁊ hoc accidit q2 ſua groſſicie ſubſtantiali ſb
tiles poros illarꝝ regionũ obturãt. vl̃ q2 ꝑtes ille rõne dulcis plus deſi/
derãt q̃ʒ digerant vel ↄſumant. et iõ ex ſuꝑfluo humore attracto et non
digeſto nec alias euacuato ille ꝑtes merito oppilant̃. Itẽ dulcia rõne p̄
dicta ſũt calculi generatiua tã in renibꝰ q̃ʒ in veſica. naꝫ qñ ille ꝑtes rõne
dulcedinis ſibi attrahũt humores ↄſimiles q̄ ſubtiliora ſũt vel cũ vrina
educuntur vel vi caloris ↄſumuntur. vñ qñ plus attrahit̃ q̃ʒ nature ſuffi
ciat. vel vi nature qđ eſt ſuꝑfluũ expellit̃. vel qđ groſſius ẽ ibi remaneat
eliquato humore calore deſiccante indurat̃. et ꝓcedẽte tp̃e paulatim pu
rificat̃ ⁊ in duriciẽ lapidis ↄmutat̃ vt expreſſe dic̃ yſa. Itẽ etiam de cau
ſis matricis occurrit Ex p̄dictis pʒ ꝙ dulcia natura ſũt vtilia. aliq̃ vero
¶ ſunt et vident̃ eſſe dulcia et tñ ſũt mortifera et nociua.

De sapore vnctuoso

Sapor vnctuosus generatur ex calido et humido in subtili substan
tia. et ido vnctuositas apposita lingue magis aperit et dissoluit
et subtilis substantia magis subintrat. et qz caliditas ei⁹ parum
remouetur a temperamento aia ipsius dulcedinem potest accipere et in
ea maxime congaudere. Ad vnctuosū āt saporem pficiendū pl⁹ de igne
q̄z alijs elementis cōuenit. et post de aere. Maior igitur accessio caloris in
humidū agens magis dissoluit et depurat vnde aquose partes et terre
stres minorant̄ ⁊ ignee cū aereis augmentant̄ et inde sapor gignitur vn
ctuosus. Sūt āt vnctuosa cibaria appetitus debilitatiua et fastidij indu
ctiua qz accepta in stomacho resoluunt̄ in fumositatē cū aeree sint substā
tie que petit superiora replendo os stomachi et inducit fastidiū et dimi
nuit appetitū. Item vnctuosa sunt superenatantia leuitate enim sua eleuā
tur ad supiora. cū valde sint fumosa. Itē digestionis sunt impeditiua. qz
vnctuositate sua villos stomachi replent et leniūt. vnde cibi assumpti cuz
non possint decoqui crudi et indigesti emittuntur. vnctuositate em̄ sua in
uiscant cibos et lubrificant et ideo emittunt̄ anteq̄z digerantur. Itez pa
rum sunt nutritiua qz ora venaꝝ cito replent et paꝝ de eis assumitur. et
qd̄ assumitur pꝑter sue sꝫtilitatē cito ꝯsumitur Itē caloris sūt inflamma
tiua. ignis enim non nutritur nisi aere mediāte. vnctuosa v̄o cito in aere
am substantiam transeūt. vnde illa vnctuosa que habēt maiorē aquosita
tem minus ptinent ad naturā aeris. et etiam minus bene nutriūt ignem
vt patet in axungia porcina que minus nutrit ignem q̄z ouina. qz min⁹
habet aereitatis in sua compositione et plus aquositatis q̄z ouina. Item
febrilis caloris sunt nutritiua. et ido carnes prohibent̄ in febre acuta qz
timetur vnctuositas intermixta qua calor febrilis irritatur. Itē splenis ⁊
epatis sūt oppilatiua pꝑter sui grossiciem actualem. nā pꝑter suaz dulce
cedinē cito attrahuntur et sua grossicie pori de facili oppilantur. Itē do
loris capitis sūt excitatiua. nā ex fumoꝝ multitudine replet̄ caput. et mi
ringe cerebri distenduntur. Itē membroꝝ spiritualiū sūt lenitiua vt ptz
in butyro. Tn̄ quedā vnctuosa nocent pectori pꝑter annexam siccitatem
vt oleū nucū qz talia nō habent purā vnctuosam Itez dolorū exteriorū
sunt mitigatiua. et duriciei remollitiua. apostematū maturatiua. et sanici
generatiua. humiditate em̄ sua saniem generāt qui p ea plus dissoluitur
q̄z ꝯsumatur. ex calore enim debili et humiditate multa fit sanies ⁊ corru
ptio.

De sapore salso.

Salsus sapor fit ex caliditate et siccitate in substātia mediocri. vn̄
caliditas cū siccitate cū sint remota a temperantia multos ape
rit poros qz siccitas iuncta calori magis laxat. iuncta v̄o frigidi
tate magis ꝯstringit. et ideo sꝫstantia multū sꝫintrat poros. et quia ma
gna fit dis[g]l.

gna fit disgregatio ꝑtiū ⁊ multa' sb̃e subintracio aīa in ipsius p̄ncia non gaudet ymmo pocius spm̄ horret. Ad salsum aūt saporē q̄ttuor cōueniunt elemēta q̄dā tn̄ ꝓporcōe non eq̄li. dn̄ant em̄ ignis et terra mediocriter tn̄ ex moderato igne fit moderat⁹ calor. ⁊ ex moderata terra fit moderata siccitas. Ex moderato aūt calore moderata fit ebullicio et excoctio hūiditatis. vn̄ aq̄se et aeree ꝑtes dissoluūtur in igneas mediocriter et ex moderata siccitate moderate sb̃a desiccat̃. et ita remanet sb̃a mediocris. Vn̄ salsus sapor hʒ fieri ex moderato dn̄io caliditatis ⁊ siccitatis in sb̃a mediocri. Sunt aūt salsa mūdificatiua q2 sūpta interi⁹ calore suo et siccitate hūiditatē dissoluūt. salsedine aūt et vitrositate sua stomachū et intestina mordificāt ⁊ sic mordificata mouent̃ vt dissoluta hūiditas emutat̃ et sic fit mūdificatio. Itē dure carnis sūt mollificatia. nā sua caliditate ⁊ siccitate sup̱fluā hūiditatē ꝯpactā resoluūt ⁊ relaxāt et sic mollificāt. Itē sb̃e mollis sūt induratiua. nā sua caliditate ⁊ siccitate sup̱fluā hūiditatē ꝯsumūt ⁊ sic ꝑtes aereas plus ꝯpingūt. Itē sb̃e rei sūt depuratiua et ꝑ ꝯn̄s ꝯseruatia. nā salsa in quātū hm̄oi dissoluūt tātū ꝯsumunt et ideo putredo aliq̄ casu generata calore ⁊ siccitate salsedis ꝯsumit̃ et annichilat̃. hʒ insup̱ salsedo multū terrestritatis. vt dr̄ in diet̃. rōe cuius carnes indurat ⁊ min⁹ reddit aptas corrupcōi vt dr̄ ibidē. Itē scabiei ⁊ exterioris sup̱fluitatis cutis ⁊ corꝑis sūt ablatiua et hoc ꝯsumēdo hūores sup̱fluos tā sup̱ficiales q̄ȝ intercutaneos et cutē a sup̱fluis abstergēdo. Itē tumoris ydropici sūt rep̄ssiua et hoc ex rōe sup̱dicta q2 desiccāt et ꝯsumūt oīa in talib⁹ locis aggregata. Itē morsus canis rabidi ⁊ aliorū venenosoꝝ sūt curatiua et toci⁹ venenositatis extractia. vn̄ ꝓdest cito lauare talia vulnera in aq̄ salsa q2 maliciā extrahit et venenū vt dr̄ idē. Itē caro multū salsa ad tꝑamētū optimū reuocat̃ si in aqua salsa ponat̃ nec salsedo a talib⁹ melius extrahet̃ q̄ȝ ꝙ eaꝝ massa pri⁹ aliq̊ tꝑe in salsa aqua tēꝑet̃. et hoc puto accidere rōe similitudis qua aqua salsa que rōe caloris accidētalis ⁊ natural' in ipsa dn̄antis attrahit sibi simile q̄d inuenit in sb̃a carnis salse. Itē sal in igne indurat̃. in aqua vero dissoluitur ⁊ annichilat̃ nec miꝝ q2 si cōgelacio et induratio fcā est ꝑ siccitatē et vt salis dissolutio fiat ꝑ hūiditatē sicut pȝ in sepo in q̊ fit induracio et cōgelacio ꝑ frigiditatē miꝝ non ē si fiat resolucio ꝑ caliditatē. De hijs q̄re sup̱ in li. xv. de venis terre in ca. de sale.

De sapore amaro.

Sapor amar⁹ fit ex caliditate in tercio gradu. et siccitate in secūdo gradu in grossa sb̃a. vn̄ caliditas cū siccitate multū disiūgit. vn̄ instrumētum ledit̃ et fit sapor amar⁹ abhōinabil' gustui et ꝯtrari⁹ ad cui⁹ ꝯposicōez q̄ttor elemēta cōueniūt ꝓporcione q̄dā sed magis ibi ignis et terra dn̄ant̃ sed pl⁹ ē ibi de igne q̄ȝ de

terra. Vñ de maiori dñio caloris magna fit ebulicio. vnde aq̄e et aeree
ꝑtes magis dissoluũtur i igneas et terrestres ↄdẽsant᷑. ʒ q̄ꝛ mediocre ē
dominiũ siccitatis nõ attenuat᷑ et ita sb̃a remanet grossa in qua ex actio
ne caloris ⁊ siccitatis fũdat᷑ amaritudo. Dia aũt amara ↄtristãt gustuʒ
magis q̄ꝫ aliq̄ alia q̄ hñt simplicẽ saporẽ q̄ꝛ maxie faciũt ↄtinuitatis so/
lutionẽ in lingua licet aũt amara hẽant minoreʒ caliditatẽ q̄ꝫ acuta. ma
iorẽ tñ faciũt solutionẽ ↄtinuitatis ꝓpter sue sb̃e grossitiẽ q̄ se interpõit
et ↄp̃mẽdo maiorẽ efficit lesionẽ. Jtẽ amara sũt colẽ purgatia. vel q̄ꝛ co
lẽ sũt similia in ↄplexiõe. vl᷑ q̄ꝛ colera cum sit porosa ꝑmittit amara suos
poros subintrare ⁊ diuidẽdo ꝑtes a ꝑtib⁹ eã faciũt fluxibilẽ et colerã li
q̄factã sic educũt. Jtẽ amara sũt appetit⁹ excitatia q̄ꝛ colerã educũt q̄ tã
q̄ꝫ res lenis solet colligi circa orificium stomachi et appetitũ debilitare.
Ad hoc eciã facit amaroꝝ grossitudo q̄ꝛ ↄp̃mit cibaria in fundũ stoma
chi sic supiora inanita cibũ petũt Jtẽ amara splenis et epatis sũt exopi
latia. nã calore suo poros aperiũt. ⁊ hũores dissoluũt et grossicie sua cõ
p̃mẽdo hũores resolutos educũt. Jtẽ amara sũt ↄtraria v̾mib⁹ et lũbri/
coꝝ infectiua. nec mirꝝ. q̄ꝛ v̾mes illi de flegmate corrupto accidũt. de fle
gmateq̄ꝫ viuũt. et ideo colerica et amara eis aduersant᷑. q̄ꝛ colera fleg/
mati ↄtrariat᷑. Jtẽ spũalib⁹ mẽbris sũt nociua et tã ꝑ aspitatẽ sb̃e q̄ꝫ per
intẽsã siccitatẽ eorũdẽ sũt exaspatiua Jtẽ amara in exteriorib⁹ ↄseruatia
si eñi distempent᷑ cũ aliq̄ liq̄do hñt illa tria q̄ sũt nc̄caria ad ↄseruationẽ
tãtũ eñi ↄsumũt quãtũ dissoluũt et subintrãt in ꝓfũdũ. acumine ⁊ caloẽ
suo grossam eciã hñt sb̃aʒ ex q̄ rẽ iuuant ⁊ faciũt eã min⁹ passibilẽ. Jteʒ
frigide arterice et palisis sũt curatiua dissoluẽdo materiã et ↄsumendo.
Jtem frigide scabiei sũt desiccatia. Jtẽ meatuũ renũ et vesice sũt apitia
et calculi dissolutiua. matricis ↄfortatia et mẽstrual᷑ supfluitatis ꝓuoca
tiua et eductiua. et ad multa alia sũt magis nc̄caria q̄ꝫ dulcia q̄ꝫuis gus/
tui sunt nociua.

¶ De sapore acuto.

Sapor acut⁹ fit ex caliditate et siccitate existẽte inquarto gra
du cũ sb̃a subtili. vnde fit poroꝝ nimia apertio et ꝑtiũ segre/
gatio. et q̄ꝛ substãcia ei⁹ ē subtilis multũ penetrat et subintrat
vnde organũ gust⁹ suo acumine incẽdit. ad cui⁹ ꝑfectionẽ q̄t/
tuor elemẽta cõueniũt sed non equaliter q̄ꝛ pl⁹ cõcurrit de igne et de ter
ra q̄ꝫ de alijs et ideo ꝓpter dominiũ ignis acuta sunt et valde calida et
a terra valde sicca. Ex maxio aũt dominio caloris maxia fit ebulicio et
resolutio aereaꝝ ꝑtiũ et aqueaꝝ in igneas. vnde et ignee ꝑtes acuũtur
ex nimia siccitate substãcia desiccat᷑ attenuatur et subtiliat᷑. et ita fit acu/
tus sapor ex magno dominio calidi et sicci in sb̃a tenui et subtili. Sũt ãt
acuta corosiua q̄ꝛ valde sunt calida et sicca. et dissolutio magna ⁊ sb̃a sb̃
tilis et acuta. subintrans ꝑtes a ꝑtibus disgregat et ita fit corrosio Jtẽ

acu ta

acuta incisiua et dissolutiua qr et qualitate et substācia dissoluūt et sepa rāt ptem a parte et profunde intrāt et ideo dissoluūt et incidūt. Itē vtu tis appetitiue sunt ↄfortatiua quia mēbroꝝ cōsumūt supfluitatē. Unde poris inanitis fit rōe vacui appetitus mordicāt eciā neruos sensibiles et pungūt acumine suo et sic pungēdo excitāt appetitū. Itē paꝝ sunt nutri tiua qr ex nimia caliditate et siccitate potius fit adustio q̄ȝ digestio. ⁊ iō dant modicū nutrimentum preterea subtilis substācie et ideo de facili cō sumūtur. et a mēbris cito dilabuntur. Insup nature sūt contraria ex sua cōplexione et ideo qr abhominabilia sunt non appetit ea natura sed po cius abhorret et repellit.

De sapore acetoso.

SApor acetosus fit ex frigiditate et siccitate existēte i gradu. ꝗ. cum substācia subtili. Unde acetosum lingue appositū qualita tibus ↄstringit substācia penetrat et ita ex duob᷒ ↄtrarijs a ctionibus fit sapor acetosus ad cui᷒ cōplecionē. iiij. elementa cōueniūt quadam ꝓporcione sed non equali. ē aūt ibi dominiū aque et terre mediocre et ex mediocri dominio aque ē ibi frigiditas mediocris et ex mediocri dominio terre mediocris siccitas generatur. ex frigiditate aūt rep̄mit᷑ calor qui repressus modicā facit ebulicionē. Unde igneas ptes. ⁊ aereas resoluit defacili et ↄsumit. tāq̄ȝ subtiliores. terrestres aūt et aquosas dissoluit Sed pre sui puitate eas cōsumere non potest Unde partes ille subtiliātur sed non ↄsumūtur. et ita frigiditas et siccitas do minātur cum subtili substancia ⁊ sapor gignitur acetosus. acetosa prouo cant appetitum. quia ex frigiditate et siccitate motum habent ad centrū Unde ↄprimūt᷑ cibaria ad fundū et sic os stomachi euacuāt. qui senci ens suam inanicionē cibum appetit. Nam desiderium ↄposita est ↄpatio ex appetitiua virtute naturali et animali sensibili. Item solūt ventrem ple num ⁊ constipāt inanitū. nā subtilitas substācie acetose inueniēs multam humiditatē in stomacho incidit eā et subtiliat. et sic eum abilem facit ad fluxū et euacuacionē. Sed quādo stomachus ⁊ vacu᷒ puā inueniūt hū ditatē q̄ȝ acetosa desiccāt siccitate ⁊ constringūt frigiditate. Itē opila tiones splenis ⁊ epatis aperiūt. qr non qualitate. Sed substancie subtili tate humores in poris aperiunt incidunt ⁊ dissoluūt. Item acetosa spiri tualibus obsunt frigiditate coartante ⁊ siccitate exasperante. Item po sita in exterioribus calidos humores repercuciunt. Unde ⁊ tibie inflate ex retentione menstruorum vel emorroidarum in calido aceto lote de fa cili detumescunt. De hijs quere supra in tractatu de aceto. li. xvij vbi tra ctatur de vitibus et de vino.

¶ De sapore pontico

Ponticus sapor fit ex frigiditate et siccitate existente in tercio gradu cum grossa substancia. Unde et ponticum appositum lingue constringit et substanciam intrans poros partes condensat et ita occurrit sapor qui ponticus appellatur. Ad ponticum saporem perficiendum quattuor elementa conveniunt cum maiori tamen inequalitate quia dominantur aqua et terra ignis et aer substant. Ex forti autem dominio aque fortis fit frigiditas et ex terra multa siccitas. ideo non potest ibi fieri perfecta transmutatio cum ibi sit defectus caloris et humoris. Unde cum frigiditas et siccitas ibi habeant dominium necesse est ut substancia remaneat grossa ex dominio frigiditatis et siccitatis. Habet autem ponticus sapor hoc proprium ut dicit ysaac quia ponticitas coniuncta cum sapore delectante magis delectat et cum tristante magis contristat. cuius racio hec est quod ponticitas adiuncta rei dulci et unctuose si ingrediatur poros facit illam dulcedinem ibi diucius commorari ut ita firmius imprimatur tunc delectatio diu durat. simile est de humore contristante. Hinc est quod caro que ossibus est vicina iocundiorem habet saporem. Ossa enim sunt melancolica scilicet frigida et sicca. Caro vero in sui natura dulcis est et sanguinea et ita est ibi ponticitatis et dulcedinis mixtio propter quod et maior delectatio. Ideo eciam caro ceruina est iocunda similiter bouina quia coniungitur ponticitas ex complexione melancolica animalis et dulcedo ex parte carnis. et econverso est de absinthio et fumo terre quando cum eis associatur amaritudo magis contristant gustum ut aloe vel aliud simile. Item pontica appetitum excitant et post prandium laxant. cuius racio est compressio cibariorum ad inferiora ad instar torcularis. ante prandium vero constipant. quia constringunt nervos et opilant meatus ex sua grossicie et frigiditatis et siccitatis qualitate. Unde et sumpta cibaria retinentur et exire non permittuntur. Item grossicie sua epar et splenem opilant calculum generant colericam et yliacam passionem excitant. obscurando sua grossicie intestina fimum ac fumum exire non permittunt spiritualia eciam membra ledunt et grauant. quia ea exasperant et desiccant. exterius autem apposita vomitum sedant tumores calidos reprimunt sanguinis fluxum intercipiunt atque sistunt percuciunt dentes exacerbant.

¶ De sapore stiptico.

Sapor stipticus ex frigiditate et siccitate in mediocri substancia generatur ad cuius perfectionem .iiij. conveniunt elementa quadam proporcione inequali nam aqua et terra ibi predominantur. sed non quantum in pontico. ex aqua autem accidit frigiditas et ex terra siccitas generatur. ex frigiditate deprimitur calor qui repercussus puam facit ebulicionem. Unde et substancia parum resoluitur sed non consumitur. Sed ex siccitate aliquantulum condensatur. et quia siccitas non potest omnino desiccare nec omnino consumere remanet substancia mediocris. et ita patet quod sapor stipticus cau-

satur ex frigiditate et siccitate in substantia mediocri. et in hoc differt a
pontico qui ex eisdem causis q̄uis minus remissis in substātia grossa ra
dicatur. ideo stipticus sapor sub pontico ɔtinetur ꝓm ysa. qui tm̄ septem
saporum dicit esse differentias. sꝫ pontico stipticū comprehendit ¶ Unde
ꝓm ipsum ponticitas est intensa stipticitas. et stipticitas remissa pontici/
tas. vnde non differunt simpliciter ꝓm speciem sed solū ꝓm maiorem intē
sionem vel minorem et ideo vterqꝫ conuenit cū alio in effectu. sed ꝓm ma
ius et minus

¶ De sapore insipido

Sapor nonus dicitur insipidus siue sine sapore. et hoc potest dici
dupliciter scilicet priuatiue et positiue. priuatiue dicitur insipid⁹
cuius sapor sensu non potest comprehēdi vt sapor aque qui gu/
stu non percipitur propter eius maximam similitudinem ad organuꝫ gu
stus quia aqua est simplex in respectu lingue que quattuor recipit in sua
compositione. ¶ Positiue dicit̄ sapor insipidus qui vltra primuꝫ gradum
ad aliquem interiorem saporem non est sensu determinat⁹. vt est albumē
oui cuius substantia ē mediocris et caliditas vel frigiditas primi grad⁹
distantiam sensibiliter non excedens. talia insipida sunt cucurbite. citrulli
melones ⁊ hm̄oi. quoꝝ vsus plus ɔuenit medicine q̄ꝫ diete. parū enim nu
triunt quia saporem non habent delectabilem et substantiaꝫ habent flu
xibilem. humiditate sua et frigiditate sua sitim mitigant. calorem et cole/
ram extinguunt. fleuma augmentant. et quotidianas febres generant. et
omnes alias fleumaticas frigidas scilicet et humidas nutriūt vl̄ prouo
cant passiones. ¶ Sapor itaqꝫ insipidus causatur ex frigiditate et humidi
tate in substantia mediocri ad cuius completionem sicut et in alijs quat
tuor conueniunt elementa sed equali proportione quia aqua et aer prin
cipaliter. terra secūdario predominatur. propter fortiorem ergo frigidi
tatem et mediocrem siccitatem partes igneę ⁊ aeree resoluuntur in aque
as et in terrestres. sed quia resistit dominium humiditatis non potest cō
pingi ex siccitate terrea ipsa substantia mediocris cuꝫ dominio frigidita
tis et humiditatis. que sunt principia istius saporis qui abusiue sapor in
sipidus nominatur. ¶ Hec igitur ꝺ saporibus simplicibus quo ad eoꝝ
differentias et naturas dicta iaꝫ sufficiant. que omnia de dictis ysa. con
stan. gal. et alioꝝ autoꝝ medicine breuit̄ sūt excerpta ¶ Sunt āt q̄dam cō
positi sapores sic̄ et mixti sunt colores parit̄ et odores. et hi sapores ꝓm
diuersas ɔpositiones diuersimode operant̄. q2 alio mō sapiūt in solidis
alio mō in liq̄dis. alit̄ in sensibilib⁹ et alit̄ in inaiatis. de q̄bus in naturis
et ꝓprietatib⁹ reꝝ et corpoꝝ aiatoꝝ et inaiatorū in libris p̄cedētibus ē
ostensū. ¶ De liq̄ribus tn̄ in q̄bus fundati sūt sapores aliq̄ arbitror ꝺ sup/
plenda q̄ in libris supiorib⁹ casualit̄ sūt omissa

¶ De liquore

Liq̊r est liq̊dus liq̊r in plātis et animaliuꝫ corporib⁹ ꝑ digestionem

generatus. eliquatus violentia vel natura de substantia corporis mixti.
vel expressus. Quilibet autem humor non vocatur liquor. sed solus ille
qui artificialiter vel naturaliter liquatur de plantis et liquoribus ani
matis. vt lac et vrina de animalibus. vinū et oleū de arboribus. mel de
floribus. sicera de fructib⁹. ceruisia de granis. oxizacra ꝺ pomis siluestri
bus et granatis. Et inter hos liquores quidam compositi et quidā sim
plices. nam compositi dicuntur qui conficiunt̄ ex diuersis qui pariter cō
miscentur. Simplices vero sunt qui ita permanent sine cōmixtione aliq̄
prout a suis subiectis primitus producuntur. nullus tamen liquor est sim
plex absolute preter solam aquam que simplex dicitur prout in elementa
ri permanet puritate. Alij autem liquores omnes sic̄ et humores ex quat
tuor elementis constituuntur. simplices tamen dicuntur qui cuȝ alijs nō
miscentur. Simplices etiam dicuntur in quibus simplices elementorū q̄
